Dono Editoris
sum in deliciis
Joannis Arnoldi
Noltenii

הלכות שבועות

ID EST

CONSTITUTIONES

DE

JUREJURANDO

EX

R. MOSIS MAIMONIDIS

Opere היד החזקה dicto, latine redditæ, variisque notis illustratæ

A

JUSTO CHRISTOPHORO DITHMARO
HASSO.

LUGDUNI IN BATAVIS,
Apud CORNELIUM BOUTESTEYN.
MDCCVI.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO

CAROLO I.

HASSIÆ LANDGRAVIO
PRINCIPI HERSCHFELDIÆ
COMITI CATTIMELOBOCI DECIÆ
ZIEGENHAINÆ NIDDÆ
ET SCHAUMBURGI
&c. &c. &c.

PRINCIPI OPTIMO
HEROI FORTISSIMO
PATRI PATRIÆ
PIO FELICI
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS,

Qui laboris literarii chartas SERENISSIMO NOMINI TUO sacras faciunt, inter causas suæ venerationis, Heroicas Tuas virtutes, atque Belli Pacisque tempore fortiter gesta, elata solent commemorare voce. Quod autem ad me attinet, istorum vestigiis apud Te insistere alienum prorsus à mea duxi persona. Ita enim sentiebam, si cunctas virtutum Tuarum laudes atque præclare factorum gloriam exponere tentarem, longe id supra tenuem orationis meæ facultatem fore positum. Et ideo, quo profundius in eorum recessus penetrabam, eo minus à temeritatis nota immunis mihi videbar, cum nihil vulgare, nihilque plebejum, cujusmodi sunt viles hæ neniæ, in conspectum

Tuum

Tuum mea & omnium bonorum ſententia adferri debeat. Quod vero mihi tamen id ſumere fuerim auſus, ut Auguſtum Tuum Nomen hujus libelli fronti præſcriberem, prima & præcipua mihi extitit cauſa, ſingularis Tua, quæ inter ceteras Tuas Togatas pariter ac Sagatas virtutes familiam ducit, quæque Te & ſimiles Tui Principes ad Deum proxime evehit, Benignitas, atque in elegantiorum literarum diſciplinas Amor, quo tam impenſe earum cultoribus faves, ut neminem fere, cujuſcunque etiam conditionis ille ac nationis ſit, à Te dimittas triſtem, aut repulſam, modo æqua deſideret, paſſum. Ea animi Tui Clementia & ego fretus, nullus dubitavi, quin etiam, quæ à cive Haſſiæ Tuæ, Tibi addictiſſimo ſimul ac devinctiſſimo, ad magnitudinem venerationis erga Dominum ſuum declarandam, profecta ſunt, clementer ſis accepturus. Huc accedit, quod primum hunc ſtudiorum meorum fœtum nulli mortalium, ſed Tibi uni omnium ſummo jure debebam, SERENISSIME PRINCEPS, cujus Munificentiæ meos in literis profectus, ſi quos feci, refero acceptos. Nec enim ſatis habuiſti, mea ſtudia, cum in illuſtri Tuo Marpurgenſis Urbis Athenæo degerem, inſigni beneficentia adjuviſſe, ſed & nuper ad ea in exteris Academiis proſequenda, ingenti liberalitate in me collata, quicquid à me proficiſcetur unquam, vindicare potes non modo ut debitum ex aſſe, ſed & Tibi uſu & mancipio feciſti proprium. Animi ergo, SERENISSIME PRINCEPS, grati pariter ac Tibi

unice devoti pignus, ut accipias hoc meorum studiorum specimen, atque porro conatus meos in literis propitius respicere velis, id vero est, quod summis precibus nunc rogo. Ego, quod humillimi civis est, Deum continuis venerabor votis, ut SERENITATEM TUAM cum Augusta Domo in Religionis præsidium, Reipublicæ Salutem, atque Literarum Decus, diu servet superstitem & sospitem, quo nihil magis optat & precatur

SERENITATIS TUÆ

Devotissimus Cultor

JUSTUS CHRISTOPHORUS DITHMARUS.

PRÆFATIO.

Animus non fert B. L. in Auctoris, cujus scriptorum partem latine redditam notisque illustratam exhibemus, laudes, vel in Materiæ commendationem nunc excurrere. De Auctoris enim præstantia si quid dicendum esset, è multis testimonium Casauboni adduxisse sufficeret, qui ita loquitur: (a) Moses Maimonides, qui & Ægyptius dicitur, solidæ atque ingentis doctrinæ Vir, de quo videor mihi posse id vere dicere, quod Plinius olim de Diodoro Siculo, primum illum inter suos desiisse nugari. *Materiæ vero utilitatem in dubium vocabit nemo, qui frequentes apud sacros pariter atque profanos scriptores jurandi modos animadvertit. Quæ autem ut breviter exponam tibi, mea nunc potissimum interest, partim in causas suscepti negotii, partim in rationem versionis & commentationis nostræ recidunt. De causis ita velim existimes, me nec inanis gloriolæ captandæ studio, nec eruditionis, quam in me agnosco nullam, ostentandæ cupiditate, sed solo erga meorum studiorum fautores obsequio ductum fuisse atque commotum. Postquam enim ad Academiam Lugduno-Batavam doctorum virorum proventu atque elegantiorum Literarum cultu per orbem Terrarum longè celeberrimam accessi, Proceres ejus, inprimis autem JACOBUS TRIGLANDIUS, Theologiæ atque Antiquitatum Judaicarum solidissimus Professor, cujus recentem obitum Ecclesia & Respublica literaria merito luget, auctores mihi fuerunt, ut Rabbinico cuidam scripto vertendo atque illustrando operam meam atque otium impenderem. Etsi vero curtæ, quæ mihi est, supellectilis conscius, imparem me isti labori suscipiendo ingenue fuerim professus, iterata tamen ipsorum admonitione, ne ignaviæ potius me velle dedere quam severioribus studiis viderer, suscepi tandem, quod Vir laudatissimus præcipue commendabat, hujus ex Maimonide opusculi de* jurejurando *versionem. In ea igitur id potissimum duxi curandum, ut de latini sermonis puritate non adeo sollicitus, auctoris non sensum solum, sed & phrasin hebraicam, quantum potest, exhiberem. Non enim mihi placet mos quorundam interpretum, qui ad latinæ linguæ elegantiam,*

(a) *Vid. Exerc.* 16 *ad Baronii Annales.*

&

& verborum splendorem nimium attendentes, sensum quandoque infeliciter exprimunt. Secutus autem fui editionem Maimonidis, quæ Amstelodami officina Athianæ typis maximam partem excusa, & veteris correctior non solum, sed & multo auctior est, addito præter Josephi Karonis כסף משנה *& R.* Jomtobi bar Abraham מגיד משנה *hujus posterioris commentario* מגדל עוז *cum altero quodam* הגהות מימוניות *inscripto. Quod ad commentandi rationem attinet, præcipua solum attigi, uberioribus quandoque notis adjectis, ubi ad sacrarum literarum illustrationem, vel peculiaris cujusdam in jurando casus expositionem, id conducere videbam. Ceterum quo minus CL. TRIGLANDII literas, quarum p. 222. mentionem fecimus, exhibeam, mors istius Viri in causa est. Interea enim temporis dum literas illas pararet, morbo, ex quo convalescere videbatur, mox gravius denuo laborans, diem obiit supremum. Tandem tacere non possum, idem quod aliis sæpe contigit, & mihi accidisse. Scilicet cum susceptum laborem ad umbilicum fere perduxissem, ex amici cujusdam literis intellexi, hunc Maimonidis librum à JOH. FRIDERICO MIEGIO, Th. Professore quondam longe celeberrimo, Viri Clarissimi, CHRISTIANI MIEGII, ejusdem disciplinæ in Academia Marpurgensi cum maxima laude Professoris publici & præceptoris mei omnibus semper modis venerandi, Patre, latino olim sermone fuisse redditum. Quo audito, ratus istius tam eruditi Viri versionem, cujus tamen videndæ copia mihi nunquam obtigit, consummatissimam fore, cœptum laborem abrumpere decreveram. Attamen clarissimis Viris, quorum arbitrio ad hoc negotium animum applicueram, identidem excitantibus, ut, qua cœpissem ratione, sedulo pergerem, morem tandem gessi, Lectores meos existimans illustri MIEGIO eruditionis, mihi autem obsequii erga fautores meos gloriam qualemcunque relicturos esse. Quod superest B. L. etiam atque etiam Te rogatum volo, ut de juvenili hoc & Academico specimine benignum feras judicium.* Vale.

In Cl. Perizonii Epist. p. 4. in verbis *Festi* l. *furandi*, pro *jurandi*. & p. 7. paulo ultra medium *asseverationibus*.

VIRO

VIRO PRAESTANTISSIMO

JUSTO CHRISTOPHORO DITHMARO

S. P. D.

JAC. PERIZONIUS.

Non possum non laudare etiam atque etiam institutum tuum, quod, quum multi reperiantur, qui otio inerti, aut strenuis compotationibus Academicam exigant vitam, tu è contrario eximium studiorum tuorum specimen publice exstare, & ita virtutis ac industriæ potissimum via progredi præclaram ad laudem voluisti. Sed & illud maximo sane opere probo, quod ut diligentiæ & doctrinæ tuæ idoneam reddas reip. literariæ rationem, selegisti materiam ex Maimonide tuo, non sterilem, aut exigui in Antiquitatis studia usus, sed quæ per omnia Veterum, sacrorum profanorumque, Scriptorum monumenta est sparsa, & quæ ideo non Tibi tantum variæ eruditionis, quas colligere jam nunc potuisti, copias explicandi oportunam præbet occasionem, sed & Lectoribus tuis ad intelligenda Veterum scripta viam aperit faciliorem. Nisi enim quis ritus & mores priscos habeat utcunque exploratos, in evolvendis illorum libris quasi per salebras ut ingrediatur, & hæreat passim, fluctuans animi, ac rerum, quas legit, ignarus, necesse est. Ejus autem generis tuus est hic *de Jurejurando* Commentarius, quippe quod, quam late Religio & divini Numinis reverentia qualiscunque, tam late patet & ipsum. Nec enim facile reperias Populos aut Scriptores, apud quos, Deorum si exstiterit cultus aut mentio, quin observetur etiam *Jurisjurandi* usus, quod utique non est aliud quid, quam, ut Cicero ait, *affirmatio religiosa*, h. e. Deo teste adhibito & futuro ideo ultore facta. Quocirca etiam apud Gentes à veri Dei cognitione alienas *inviolate sancteque id habitum fuit servatumque*, adeo, ut qui *fraudulenta calliditate* id eluderent, *intestabiles* vulgo *invisique*

De Offic. III. 29.

** que

que essent, *atque omnium notarum damnis & ignominiis afficerentur*, quod de Romanis certe tradit, & illustri probat exemplo Gellius. Quin ipsos quoque *Barbaros* Imp. Augustus *in æde* Dei *ultoris*, quem ille *Martem* vocabat, *jurare coegit*, *mansuros se in fide ac pace, quam peterent*, neutiquam facturus haud dubie, nisi & illos jurisjurandi religione teneri scivisset. Etiam longe post in Annalibus legas Pithœanis, Danos tunc maxime adhuc itidem barbaros, & à cultioribus populis situ terrarum remotissimos, tamen *jurasse*, sed more barbarico *per arma sua*, *juxta ritum Gentis suæ*. Nempe ut Romani politica quadam ratione *Aquilas & signa* pro Numinibus coli volebant Militaribus, ut ita ad ea constantius sequenda & tuenda arctiore vinculo adstringerentur ipsi Milites: utque Alani *Gladium barbarico ritu humi figebant nudum, eumque, ut Martem, verecundius colebant*: sic illi quoque videntur in *Armis suis*, quibus maxime erant dediti, Divinitatis quiddam reposuisse. Atque ita de Gallis tunc etiam adhuc Barbaris notat Cæsar, eos *conjuravisse collatis militaribus signis*, *quo more gravissimæ eorum cerimoniæ continеantur*: quasi scilicet aliquid Divini in iis inesset, & jusjurandum tali modo factum tanto sanctius servari deberet. Unde & Græcus Interpres ea vertit, ὃς ὅρκος παρὰ τοῖς Γάλλοις ὁσίως διαφυλάττεται. Crediderim insuper, qui *per arma sua jurabant*, ea manu sua in jurando tenuisse, quum certe commune id quoque fuerit per omnes pene Gentes, ut jurantes aliquid manu sua tangerent vel tenerent. Forsan etiam versus cœlum, ubi propria Numinis divini quasi sedes, & unde illud in terras atque ipsas illas Res, quæ Deum inter Homines repræsentare creduntur, descendere putabatur, ea elevarunt, plane uti Reges olim, qui per *sceptra* quoque *sua* jurare leguntur soliti (Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, ait Achilles, idque μέγαν ὅρκον vocat) ea jurantes tenebant, & simul ad cœlum manu sua extollebant. Quam in rem egregius est apud Virgilium locus, ubi in leges certaminis, quo bellum inter Latinos & Trojanos componeretur, jurant Æneas & Rex Latinus, ille *stricto ense*, hic *dextra*

Noct. Attic. VII. 18.

Suetou. Aug. cap. 21.

ad Ann. 873.

Tacit. Ann. I, 39. *&* II, 17.

Amm. Marcell. lib. XXXI

Bell. Gall. VII. 2.

Homer. Iliad. A. 234.

Æn. XII. 175. *&c.*

dextra sceptrum gerens, & simul *Suspiciens cœlum, tendensque ad sidera dextram.* Sed & diserte Aristoteles de Regibus, ὁ δ᾽ ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. Scilicet per Sceptrum jurantes, jurabant, ut in Scholiis Homeri diserte traditur, per τὸν Ἔφορον τῆς Βασιλείας Θεὸν, sicuti per Arma sua aut Gladium jurantes, jurabant vere per Martem, seu Deum belli Præsidem, utrumque sua ex opinione in *cælis* agentem. Quin ab hac origine & more fluxisse id quoque censeam, quod jam olim jurantes dextram & ejus priores digitos elevabant erigebantque, id quod videri potest in Nummo insigni Imp. Diocletiani, quem exhibet Illustriss. Spanhemius, & in quo conspiciuntur ille Imperator, & ejus Collega Maximianus, sinistra pariter orbem terrarum tenentes, at dextra ejusque prioribus digitis elatis concordiam sibi invicem jurantes. Ceteroqui solebant, ut dixi, rei divinæ aliquid, inprimis vero Aram, in jurando tangere, aliasve res Deo illi, per quem jurabant, sacras. Ita Callisto, comes Dianæ, virginitatem suam illi consecrans, servandamque semper promittens, arcus ejus attingebat apud Ovidium,

Politic. III. 10.

ad Iliad. A. 234.

Ad Juliani Orat. I. p. 60.

Illa Dea tangens Arcus, quos tangimus, Arcus
Este mea testes virginitatis, ait
Cynthia laudavit, promissaque Fœdera serva,
Et Comitum princeps Tu mihi, dixit, eris.

Fastor. II, 157.

Sic qui per Apollinem jurabat, manu apprehendisse legitur laurum illi sacram apud Anton. Liber. καὶ ὤμοσε τὸν Ἀπόλλωνα τῆς δάφνης ἁψάμενος. Sæpe tamen etiam alia tangebant, inprimis ea, quæ amabant maxime: Ita apud Petronium, *tetigit puer oculos suos, conceptissimisque juravit verbis.* Eo autem ritu res sibi caras exsecrationi tunc quasi subjiciebant, & tanto sanctius reddi suum credebant jusjurandum. Quo alluditur in Pacuvii, seu alterius Veteris Poetæ, Fragmento, quod nobis servavit Festus, sed quod Vir Summus, Jos. Scaliger, mirifice in Notis suis pervertit. Editur ex MSto, *Machinam ordiris novam manticula tactu, an sanctiora dicis jurejuranda?* At ille corrigenda hæc putat, *Machi-*

Fab. I.

Pag. 78. ed. Gons.

In V. Manticularum.

*nam ordiris novam manticulatam astu * sanctiora adicis* (pro *adigis*) *jurajuranda*. Et sequi eum sustinuit Scriverius, qui Fragmenta Tragicorum collegit. Vossius vero in Notis ad ea aliter hæc tentat, legitque tandem sine lacuna, *manticulatam astu, ac adjicis Sanctiora jurajuranda*. Verum utroque modo omnis elegantia dicti satis arguti funditus tollitur, & à Scaligero quidem sensus verbis relinquitur nullus, quippe hiatu quodam aliquot deficientium verborum, quod asterisco agnosci voluit, præter ullam necessitatem interruptus. Omnia satis sunt plana, si nulla fere mutatione legas *manticulæ*, quod jam olim voluit Fulvius Ursinus, hoc modo: *Machinam ordiris novam, Manticulæ tactu an sanctiora dicis* (vel forte *ducis.*) *jurajuranda?* Sensus autem est elegans & plane Comicus, ut omnia videntur Comica, quæ in hac voce ex Pacuvio leguntur allata, sed in cujus nomine pene putem ideo erratum à librariis, vel forte aliud alterius Poetæ nomen paulo ante hæc verba, ubi in Schedis Pomponii Læti manifesta apparet lacuna, excidisse. Pacuvius enim à Veteribus semper Tragicus fuisse dicitur. Ceterum *manticulis utebantur Pauperes*, ut nos docet Festus, *in nummis recondendis, unde Manticulari dicebantur, qui jurandi gratia manticulas attrectabant, & ideo Poetæ usi sunt eo verbo pro dolose quid agere*. Hinc vero patet jam satis sensus verborum, quasi diceretur; Novam moliris denuo fraudem, dum jusjurandum mihi facis; nam quare manticulam meam, in qua repositam habeo pecuniam, ita manu tua contrectas? An putas, vel dicis, sanctiora esse jurajuranda, si, ut Ara, vel alia res Sacra, aut nobis Cara, ita Manticula quoque inter jurandum tangatur? Liquet ex his, festive prorsus alludi iis verbis ad morem veterum, quo jurantes plerumque aliquid sacri vel profani attingebant, ut jusjurandum tanto sanctius redderent. Neque aliter sentiebant
Cap. XI. Hebræi, ut vel ex Maimonide tuo constat, qui hoc ipso
§. 11. in Libello *judices* ait, *qui ad jurandum alios adigunt nullam plane rem manu sua tenentes, male facere, quum jurantes Librum Legis in manu sua habere debeant*. Et ad hoc exemplum

psum videntur etiam Christiani se conformasse, ut qui similiter in jurando Codicem Euangelii manu tangere vel tenere solebant. Hinc apud Sponium in Inscriptione quadam anno MCXCVIII facta, *Ut omnia fideliter observemus, tactis sacrosanctis Euangeliis juramus.* Sed res est notissima vel ex inaugurationibus Regum. Legimus autem Veteres etiam Principis Caput, tanquam rem Sacram, in jurando tangere solitos. Certe ita tradit Zosimus. Duces Militum, jurantes, se nunquam cum Alarico pacem facturos, tetigisse Imp. Honorii caput, τῆς βασιλικῆς ἀψάμενοι κεφαλῆς, & dein id jusjurandum ab Aulicis, seu Ducibus illis, sanctius habitum eo, quod per Deum præstaretur, εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν τυχὸν ἦσαν δεδομένοι ὅρκος, ἦν ἂν παριδεῖν, ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ Βασιλέως ὀμωμόκεσαν Κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν τοσοῦτον ὅρκον ἐξαμαρτεῖν. Quod ipsum ille Christianis exprobrat, ut impium; & merito quidem, si vere id ab homine Christiano fuit dictum. Sed tamen Gentilibus ipsis, qualis erat Zosimus, vel maxime in usu fuit jurisjurandi per Deum dati & violati ultionem Deo permittere, at per Principem si factum esset & neglectum, vindicare, unde vere & argute iis ingerit Minucius Felix, *tutius eis esse, per Jovis Genium pejerare, quam per Regis.* Romanis certe perjurii per Deos facti pœna erat nulla, nisi infamia, aut Censorum nota, ut ex Gellio manifestum est. *Deorum* enim *injurias Diis* ipsis *curæ* fore credebant, quod Tiberius ea de re ait apud Tacitum. At postea Impp. Sept. Severus & Antoninus constituerunt, *si quis per Genium Principis pejeraverit, fustibus eum castigandum.* Quod ipsum tamen rursus sustulit Imp. Alexander, rescribens hoc modo: *Jurisjurandi contempta religio satis Deum ultorem habet. Periculum autem corporis,* (h. e. fustigatio) *vel Majestatis crimen, secundum constituta Divorum Parentum meorum* (Severi & Ant. Caracallæ) *etsi per Principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet.* Ceterum tangebant caput Principis jurantes, quasi rem sanctam & veluti præsens Numen, ut ita contactu illo ad servandam jurisjurandi fi-

Itin. Tom. I. p 322.

Lib. V. cap. 49.

Cap. 51.

Noct. Att. VII. 18.

Ann. I. 73.

l. 13. D. de jurejurando.

l. 2. Cod. de rebus creditis.

dem tanto majore adigerentur religione. In Oriente vero antiquissimis jam temporibus, quando alter alteri quid promittebat, inter jurandum femur ejus manu sua contingebat. *Genes.* XXIV, 2. Ita Abrahamus ab Servo fidem sibi jurandam, de Uxore Filio Isaco ex sua tantum familia petenda, exigens postulavit, ut manum ille sub femore suo, seu in inferiore femoris parte, poneret, quod ipsum postea etiam Jacobus itidem *Genes.* XLVII, 29. in fide sibi danda Josephum Filium suum facere voluit. At quæ ejus rei fuerit ratio, incertum facit mira opinionum & conjecturarum varietas, quæ apud Interpretes, cum Hebræos tum Christianos, reperitur. Plerique singularem, & Abrahamo atque ejus Familiæ propriam, hic quærunt & statuunt. At quum ita simpliciter sine ulla peculiaris rationis mentione aut indicio exigatur ille ritus ad jusjurandum alteri per Deum cœli & terræ præstandum, videtur sane publicæ & communis per illas gentes & tempora fuisse consuetudinis. Quod etiam ita existimarunt Aben Ezra, Chrysostomus, & multi recentiorum, qui porro in eam inclinant partem, ut putent, notari eo ritu subjectionem & obedientiam Domino debitam. Nonnulli etiam *servile ministerium* hic crepant. At non videtur tale quid exacturus fuisse Jacobus ab Josepho, cum quo nihil egit aut locutus est pro imperio & auctoritate, sed tantum rogando & obsecrando. Quapropter aliunde ego publici istius ritus originem arcessiverim. *Antiq. Jud.* I, 16. Josephus ait, Abrahamum adstrinxisse servum suum μεγάλαις πίστεσι; addit vero, γίνονται δὲ αὗται τοῦτον τὸν τρόπον· ὑπὸ τοὺς μηροὺς ἀλλήλοις τὰς χεῖρας ἐπαγαγόντες ἐπικαλοῦνται τὸν Θεὸν μάρτυρα τῶν Ἐσομένων. Docet ergo & ille, ritum hunc esse rei ita *fieri solitæ*. Docet insuper ex *mutuo* fœdere & fide danda esse ortum, quam etiam ad rem potissimum, seu ad firmandam *in futurum* (εἰς τὸ Ἐσόμενον) fidem, jurisjurandi usus primum haud dubie fuit inventus & constitutus: un-*Lib.* III. *cap.* 8. de & πίστις ab Josepho hic dicitur, æque ac ab Herodoto, qui ait, ποιεῦνται δὲ αὐτὰς (πίστις) τρόπῳ τοιῷδε. Accedit jam his, quod in Genesi jusjurandum hoc ritu datur, non in factum præsens aut jam præteritum, sed itidem in Futurum, seu

in

in rei Futuræ fidem. Valde itaque verisimile est, eam in rem quoque potissimum inserviisse hunc ritum, & fuisse arctioris cujusdam conjunctionis & mutui ad servandam fidem vinculi symbolum. Nempe ירך *Femur* denotat apud Hebræos membrum corporis Humani, in quo fons generationis, cognationisque sedes, collocabatur, unde passim *Genes.*
in S. Scriptura dicuntur Homines *exiisse ex Femore* progeni- XLVI.
toris sui. Neque apud Hebræos tantum, sed & Græcos, *Exod.* I.
Femora in interpretandis somniis & signis rerum notabant &c.
generationem & cognatos, ut ex Artemidori Ὀνειροκριτικοῖς
sic satis liquet. Diserte enim ille, τοὺς Μηροὺς τοῖς Αἰδοίοις πάν- *Lib.* I. *cap.* 48.
τα ἐπίσης σημαίνειν ait; at vero Αἰδοῖα notabant, ut paulo an- *cap.* 47.
te dixerat, omnes proximos, καὶ πάντας τοὺς καθ' αἷμα προσήκοντας, ἐπεὶ τοῦ παντὸς οἴκου λόγος ἤρτηται ἀπὸ τοῦ Αἰδοίου. Quum ergo etiam Græcis per *Femora* æque ac per ipsa Αἰδοῖα, tota familia, cognatio, atque omnes consanguinei in symbolis rerum constituendis denotentur, quumque ea fuerit *Femoris* ratio & significatio vel maxime apud Hebræos, videntur sane illi, qui istic in promittendo & jurando alterius *Femur* contingebant, eo ipso voluisse declarare & promittere fidem & necessitudinem, quæ inter Consanguineos, seu inter Fratres & Cognatos, qui ex eodem exierunt Femore, naturaliter esse solet & debet. Hæc mihi quidem vera videtur ratio & origo istius ritus, qui primum ad fœdera mutuis asseverationis firmanda receptus, dein etiam adhibitus est promiscue, ut fieri solet, quandocunque quis, etiam Filius Patri, atque adeo etiam naturali necessitudine jam conjunctissimus alteri fidem suam dabat jurabatque. Neque vero longe ab hac ratione recedit, quod alii dein Populi in Asia ad fidem invicem firmandam fecerunt, nisi quod a prima simplicitate ad barbariem quandam hac in re videntur prolapsi. Solebant enim illi, in amicitiam & mutuam opem ac fidem conjurantes, alter alterius sanguinem venis eductum vicissim lambere, & ita se vere seu κατ' ἐξοχὴν *Consanguineos* reddere. De Medis & Lydis testatur He- *Lib.* I.
rodotus, eos post pugnam fœdus fecisse; solitas autem il- *cap.* 74.
las

las Gentes ἐν ὁρκίοις, seu in fœderibus faciendis, brachia sibi invicem aperire, & τὸ αἷμα ἀλλήλων ἀναλείχειν. Scythas tradit idem, quum fœdera feriunt, corpore pariter sauciato sanguinem utrimque miscere vino, dein immittere in illud sua arma, ac denique peracta sui ipsorum exsecratione, si fœdus violarent, vinum illud ita communi sanguine infectum & temperatum ebibere. De iisdem Pompon. Mela, *Ne fœdera quidem incruenta sunt: sauciant se, qui paciscuntur, exemptumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putant Mansuræ Fidei Pignus Certissimum.* Similia fere de Iberis quoque & Armeniis affirmat Tacitus, *morem iis esse, quoties in societatem coeant, implicare dextras, pollicesque inter se vincire, nodoque præstringere; mox ubi sanguis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruorem elicere, atque invicem lambere: id Fœdus Arcanum haberi, quasi Mutuo Cruore Sacratum.* Ad quem locum plura ex aliis etiam Auctoribus allata a Lipsio videas. Ceterum sicut ergo illi Homines alter alterius sanguinem gustabant, & ita fidem suam *mutuo cruore*, tanquam *Pignore mansuræ fidei certissimo*, *sacrare* se credebant, sic antiquiores & Abrahamo æquales in Syria, *tangebant*, sive in mutuo fœdere, sive in singulari unius jurejurando, alterius *Femur*, ut ex quo consanguineorum & cognatorum origo descendere putabatur, atque ita fidem suam quasi affinitate quadam aut necessitudine facta alteri obstringebant. Verum longius me abduxit jucunda quædam tecum hisce de rebus per literas agendi voluptas. At tu macte hac animi indole & industria, quam utramque ut mihi & aliis in hac Academia abunde approbas, ita nullus dubito, quin egregio hoc specimine omnibus, qui bonam mentem amant, & literas humaniores colunt, liquido sis declaraturus. Faxit Deus ille Opt. Max. ut studia tua feliciter dudum cœpta, & probe exculta, faustissime Tibi & Ecclesiæ Christianæ vel Reip. literariæ cedant. Vale, & Homericum illud, αἰὲν ἀριστεύειν, alta mente semper repositum habe. Lugduni in Batavis a. d. xv. Kal. Octobreis CIↃ IↃ CCV.

Lib. IV. *cap.* 70.

Lib. II. *cap.* I.

Ann. XII, 47.

הלכות (1) שבועות

SIVE

CONSTITUTIONES DE JUREJURANDO

EX OPERE משנה תורה

aliter יד חזקה *inscripto*

R. MOSIS MAIMONIDIS.

פרק ראשון׃

א (2) ארבעה מיני שבועות הן׳ שבועת ביטוי ושבועת שוא ושבועת הפקדון ושבועת העדות׳ (3) שבועת ביטוי הוא שנאמר

Cap. I.

§. 1. Quatuor sunt species Jurisjurandi. Jusjurandum *temerè effutitum*, jusjurandum *vanum*; jusjurandum de *Deposito*, & jusjurandum *Testimonii*: jusjurandum *temerè effutitum* est, de quo di-

ctum

בתורה או נפש כי תשבע לבטא בשפתים להרע או ולהטיב׳ והיא נחלקת לארבעה חלקים׳ שתים להבא׳ ושתים לשעבר׳ כגון שנשבע על דבר שעבר שנעשה או שלא נעשה ועל דבר שעתיד להיות שיעשה ושלא יעשה :

ctum in lege, *aut si quisquam effutiverit labiis suis se malè aut benè facturum* Lev. 5: 4. Et hoc distinguitur in quatuor partes, quarum duæ sunt de re futura & duæ de re præterita conceptæ, e. gr. Si quis juràsset, de re quæ præteriit, illam factam esse vel non factam, & de re quæ adhuc futura est, se illam facturum vel non facturum.

ב ואין שבועת ביטוי נוהגת אלא בדברים (4) שאפשר לו לעשותן בין להבא בין לשעבר׳ כיצד לשעבר׳ שאכלתי או שזרקתי אבן לים· או שדבר פלוני עם פלוני· או שלא אכלתי׳ או שלא זרק אבן לים· או שלא דבר פלוני עם פלוני׳ כיצד להבא׳ שאוכל או שלא אוכל׳ או שאזרוק או שלא אזרוק אבן לים· הרי אלו שתים לשעבר ושתים להבא:

§. II. Neque jusjurandum *temerè effutitum* consuetum est nisi de rebus, quæ sunt possibiles, ut facere quis eas possit, sive sit res futura, sive præterita. Quomodo de re præterita? Quòd comederim aut projecerim lapidem in mare, aut quod locutus sit N. cum N. Sive quòd non comederim, aut non projecerit lapidem in mare, aut quod non locutus sit N. cum N. Quomodo de re futura? Me comesturum vel non comesturum aut me lapidem in mare projecturum vel non projecturum. Profectò horum duo sunt de re præterita duo autem de re futura.

§. III.

ג נשבע אחת מארבע מחלקות האלו והחליף כגון שנשבע שלא יאכל ואכל או שיאכל ולא אכל או שאכלתי והוא לא אכל שלא אכלתי ואכל הרי זו שבועת שקר׳ ועל זה וכיוצא בו נאמר לא תשבעו בשמי לשקר׳ ואם נשבע לשקר (5) במזיד (6) לוקה בשוגג מביא (7) קרבן עולה ויורד שנאמר ונעלם ממנו והוא ידע ואשם וגו׳:

§. III. Quicunque unam ex quatuor his partibus jurat & immutat, ex. gr. Qui juravit se non comesturum & comedit, aut se comesturum & non comedit. Vel me comedisse, & non comedit, vel me non comedisse, & tamen comedit. Profectò illud est jusjurandum falsum, de quo, similibusque dictum, *ne jurate per nomen meum falsò:* Lev. 19: 12. Qui verò juraverit falsò, ex superbia, Vapulat; Qui ex ignorantia, adducit Sacrificium majus vel minus, quia dictum l. c. *idque latuerit ipsum, sed deinde cognoverit & reus fuerit* &c.

ANNOTATIONES.

(1.) שבועה *Jusjurandum.* Cùm jusjurandum sit objectum Codicis hujus, quem Latinè reddere & animadversionibus quibusdam illustrare in animum induximus nostrum, non abs fore arbitror, si de vocabuli Hebræi origine, ejusque ratione pauca in antecessum dixerimus. Etsi enim Lexicographi in eo conveniant ad unum ferè omnes, vocem שבועה à שבע, quod *septem* significat, deduci, varias tamen derivationis ejus reddere solent causas, quarum non de nihilo mihi videtur illa, quòd quidam vocem שבועה ideò à שבע appellatum existiment, quia septem ut plurimùm testes adhibebantur antiquitus ad confirmationem

Rationes redduntur, Cur שבועה *à* שבע *derivetur?*

jurisjurandi. Huc enim spectare videtur quòd Patriarcha Abraham jurejurando suam Abimeleco Regi fidem adstringens, *septem* agnas statuerit, dederitque ad rei comprobationem & testimonium solenne. *Gen.* 21. 30. Quem etiam morem imitatos fuisse Arabes, qui fœdera pacturi *septem* lapides in medio positos, inungebant sanguine, testis est *Herodot.* lib. 3. *ab init.* Hinc in legem postea abiit, ut *septem testium* suffragio firmarentur juramenta, quod *manu septima jurare* vel *fidem facere* dixerunt. Sic in jure Canonico lege fuisse cautum invenimus, ut purgatio, *Canonica* vulgo dicta, ad differentiam *Vulgaris*, quæ per ignem, duellum, aquam frigidam &c. fiebat, *septem* TESTIUM auxilio perageretur. Can. 12, 13. Ca. 11. q. V. Quamvis pro qualitate delicti ac personarum plures quandoque paucioresve advocandi fuerint testes. Ita enim rursus in jure Canonico Cap. V. de *purgatione* occurrit *manu quartâ, quintâ*, & frequenter admodum in Epistolis Romanorum pontificum, Lydio teste in dissert. de jurejurando, *septimâ*, imò, *duodecimâ purgari*.

Quomodo hic intelligenda divisio juramen: in 4 species?

(2.) ארבעה מיני / *Quatuor species.* Hæc jurisjurandi in quatuor species divisio ita est accipienda, ut illæ solùm intelligantur species, de quibus sacræ paginæ præcipiunt. Triplex enim Rabbini & ipse Maimonides infra Cap. XI. Jurisjurandi genus constituunt, cujus PRIMUM est שבועת דאורייתא / *jusjurandum legis*, quorsum pertinent quatuor illæ species de quibus nunc sermo. SECUNDUM שבועת הדיינין *Jusjurandum Judicum.* TERTIUM דרבנן vel שבועת הסופרים *Jusjurandum Scribarum* sive *Rabbinorum*, ad quod postremum genus cætera, quæ in scriptis Judæorum memorantur, juramenta referri debent; ejus farinæ sunt שבועת היסת *Jusjurandum impositionis*, de quo uti & jam memoratis duobus posterioribus infra loc. cit. pluribus dicendi occasio dabitur.

Quid שבועת אפיטרופסות

שבועת אפיטרופסות *Jusjurandum Administrationis*, cujus mentio fit in glossa ad *Pesach* fol. 68. 2. Quid per illud intelligatur, ex nominis patebit origine. Demtâ enim terminatione hebraica, ipsa remanebit Græcorum vox ἐπίτροπος, unde frequenter admodum apud Rabbinos אפיטרופסין *administratores*, per quos *Raschi* in Commentario suo ad *tract. Schebhuot* fol. 48. 2. generatim intelligendos dicit שנתעסקין בממון

אדם/

ולישא וליתן להוציא או להכנס אדם / *Qui occupati sunt peccuniâ hominum & accipiendo eam & expendendo.* In textu autem ipso l. c. cap. 7. §. 8. Speciatim exprimuntur Socii, Hortulani, Tutores; qui omnes jurejurando isto, hebræis אפטרופסות dicto, fidem suam adstringunt, se bona curæ suæ concredita, fideliter administraturos esse; nisi quod in Codice *Gittin* Cap. V. controversia esse dicatur inter Rabbinos, respectu Tutorum, dum quidam *Attilianum* i. e. à Magistratu constitutum, alii autem *Testamentarium* i. e. à patre pupilli in tabulis Testamentariis designatum ab ejusmodi jurejurando exemtum volunt, quorum tamen posteriorum Sententiam *Bartenora* in Comment. ad l. c. dicit receptam esse apud judæos. Verùm jure Romanorum Civili utraque sententia esset admittenda, utpote secundum quod neque Tutor Testamentarius, quia paternum Testimonium pro satisdatione sufficit. *l.* 7. §. 5. *Cod. de Cur. Fur.* Neque ex inquisitione datus, cum fides inquisitionis pro vinculo cedat cautionis *l.* 13. *in fine de tut. dat.* uti nec satisdare, ita nec jurare tenentur. *lib.* 1. *Inst. de satisdat. Tut. & Curat.*

Sententia Rabb. de jurejurando Tutorum.

Quid jure Civili obtineat?

(3) שבועת בטוי הוא שנאמר *jusjurandum temerè effutitum est quod dicitur &c.* Quemadmodum Rabbini sua semper rationum habent momenta, etsi abstrusa interdum, lubrica & straminea, uti Buxtorfius loquitur *in præf. ad libr. de Abbrev. Hebr.* Ita quæ de duabus jurisjurandi temerè effutiti partibus dicunt, ex *Lev.* 5. demonstrant, non tamen pari omnes ratione. Rabbi enim *Samuel* alteram tantum juris illius jurandi partem quæ de re futura concepta est, ex eo loco probari posse existimat; Rabbi contra *Akiba* utramque cum applausu omnium Judæorum exinde adstruit, teste *R. Josepho Karo* in Commentario suo ad Maimonidem, כסף משנה appellato, ubi disputatio illa sic refertur.

Dissensus Rabb. circa argumentum pro שבועת בטוי *ex lev. 5. depromptum.*

רבי ישמעאל אומר אינו חייב אלא על שעתיד לבא שנאמר להרע או להטיב א"ל ר"ע א"כ אין לי אלא דברים שיש בהם הרעה והטבה דברים שאין בהם הרעה והטבה מנין א"ל מרבוי הכתוב א"ל אם ריבה הכתוב לכך אף ריבה הכתוב לכך פרש"י מרבוי הכתוב לכל אשר יבטא וידוע דהלכה כר"ע *Rabbi Samuel dicit, non est quis reus nisi propter rem futuram, quia dictum aut ad male aut benefaciendum. Objicit ei R. Akiba, si ita, non erit*

etiam

etiam Sermo nisi de rebus quæ vel bonæ sunt vel malæ, Res autem quæ neque bonæ sunt neque malæ, unde? Respondet ei (SAMUEL) ab *amplitudine Scripturæ. Respondet* ei (R. AKIBA) *si scriptura extendenda in hoc, etiam extendi debet in illo; & jarchi explicat in amplitudine, quod scriptum est, omne quod effutiverit quis,* & *decisio est secundum* Rabbi Akiba. Outramius tamen in tract. de Sacrificiis Cap. 12. lib. 1. suum Rabbi Samuelis sententiæ calculum adjicit, ita l. c. inquiens, *Verba illa, Anima quæ effutiverit nullum designant (quicquid judæi contra dicant) jurisjurandi genus aliud, nisi quod de futuro conceptum est.* Verùm cum Rabbi Akibæ argumentum pro sua sententia, à vi & amplitudine verborum scripturæ, in genere loquentis, desumtum, non de nihilo sit, neque in ea sententia inveniam, quod analogiæ fidei repugnet, miror certè cur vir ille cæteroquin Doctissimus & de Republ. literaria optimè meritus tantopere eam rejiciat.

Outramii sententia.

(4.) ושאאפשר לו תו״ *Quæ possibilia ei.* Hâc ratione distinguitur jusjurandum *Bittui* sive *temerè effutitum* à Jurejurando שוא *vano*, quod circa impossibilia versatur, ut infra §. 4. dicetur pluribus.

Quid per vocem מזיד *significetur in scriptura?*

(5) מזיד *superbè* Quid hoc vocabulo propriè significetur patet ex oppositione *Exod. Cap.* 21. 14. ubi יזיד explicatur per ערמה *astum*, & opponitur casui fortuito, de quo versu præcedenti agitur, adeo ut hac ratione designetur per מזיד homo, qui facinus aliquod patrat certo consilio, scientiâ, & deliberato animo. Maimonides verò & cæteri Rabbini in ejusmodi peccatore præter animum peccandi requirunt pænæ illi peccato constitutæ cognitionem & præmonitionem. Ita enim infra §. 15. זדונה שידע שחייבין עליה קרבן *superbia est quod sciverit teneri se propterea ad sacrificium.* Sic Moses Albelda *in Comment. suo ad Exod.* 21. referente Cl. L' Empereur in notis ad c. 3. tract. *Baba Kama*, duo in scelerato isto requirit pariter, quod sc: noverit quid agat, deinde pœnæ debitæ admoneatur. Contra בשגגה *ex ignorantia* peccari dicunt, quando quis ignorat pœnam esse constitutam jurijurando falso, quamvis sciat perjurium prohibitum esse.

Quid apud Rabbinos?

(6)

(6) לוקה *Vapulat.* Hæc Vapulatio, quæ interdum מלקות simpliciter, interdum verò מלקות ארבעים flagellatio 40 plagarum appellatur, probè distinguenda est ab altera Judæorum Vapulatione, מכות מרדות *percussio contumaciæ* appellatâ, quæ baculo fiebat, neque definitum habebat plagarum numerum uti infra dicemus, secus quam illud Vapulationis genus, de quo nunc sermo est. Personæ quæ huic supplicio succumbebant à Maimonide in tr. *Sanhedrin* tam generatim Cap. XIIX. quam specia-tim Cap. XIX. fusè recensentur. In genere hanc pœnam flagri mereri dicit eos, qui præcepta violant negativa, quorum sunt præcipua (1) *interdictum* quod כרת excisionem animæ comminatur v. gr. *Qui adipem, sanguinem, fermentum in paschate edit,* & similia, quorum Cap. 19 Viginti unum recenset. Huc maximam partem ea facinora, quæ in *tract. Maccot.* c. 3. §. 1. 2. 3. & 4. flagellationis pænam incurrere dicuntur, pertinent. (2) *Interdictum*, quod מיתה בידי שמים *mortis per manus cœli* sive Ͽανάτε comminatione sancitum est, ex gr. *si sacerdos egrediatur è sanctuario tempore cultus præstandi*, & ejus generis alia, quorum Maimonides l. c. duodevinginti annotat. (ubi ὡς ἐν παρόδῳ observandum, quod Maimonides inter כרת *excisionem* & מיתה בידי שמים *mortem per manus cœli* illud discrimen statuat, quod *excisionis* pœna etiam post mortem luatur, mors *per manus cœli* cum vita reatum auferat) (3) *Interdictum operis* ex. gr. *de vestibus ex lana & lino non conficiendis*, aliisque *intermittendis*, quorum sexaginta octo à Maimonide l. c. recensentur. Quod verò ad interdicta attinet de *Sermone*, *affectu &c.* illa ad supplicium flagri non adstringunt, excepto perjurii & maledictionis crimine (4) כל לאו שניתק לעשה אלא אם לא קיים עשה שבהן *Omne interdictum, quod transit in mandatum, nisi fecerit mandatum, quod in eo comprehenditur.* (5) interdictum, quodvis aliud quod pœna capitis vel compensatione damni dupli, quadrupli &c. non sancitum est, ubi tamen excipitur *interdictum* לאו שבכללות *plura complectens*; Quæ omnia in compendium redacta, pleniùs apud Maimonidem citatis capitibus legi poterunt. Flagellandi verò modus, de quo breviter sic præcipitur Deut. 25. 2. *Si dignus sit flagris improbus, dejiciat ipsum judex atque cædat ipsum coram*

Quæ Vapulatio hic intelligatur?

Quæ personæ eam meantur?

Modus Vapulandi ex Maimon. recensetur.

so

se, ratione improbitatis illius secundum numerum. Quadraginta verò ipsum cædat plagis, ne addito, ut ne frater tuus vilescat in oculis tuis; fusiùs iterum à Maimonide ipso in *Hilcot* de *Synedriis* & *pœnis* Cap. 16. §. 8. 9. 10. 11. ita describitur: *Quomodo Vapulant? Manibus sontis ad columnam hinc inde colligatis, lictor vestes illius prehendit, si rumpuntur, rumpuntur, si dissuuntur, dissuuntur, usque dum denudaverit pectus ejus, quia non flagellant super veste, quòd dictum l. c. & cædes* EUM *& non vestem ejus. Postea minister insistit lapidi, qui post eum positus est, cum loro taurino in manibus suis complicato, ut è simplici fiat duplex, & duplici quadruplex; & præterea erant duo lora asinina, ascendentia & descendentia. Palmi latitudinem hæc lora habebant, & longitudinem cujus extremitas ad os ventris pertingeret. Manubrii palmi latitudo. In viro, qui percutit, requiritur ut magis scientia quam viribus excellat, & ut lorum ambabus manibus attollat, unâ autem quantum potest feriat, triplicem ab anteriore parte, inter mammas ictum infligendo, sextuplum à tergo,* & *unicuique humero triplicem. Flagellandus verè neque stet, neque sedeat, sed inclinet &c.* Cumque tribus judicibus adstantibus hoc supplicium perageretur, paulò post pergit; *supremus judicum tempore flagellationis legens* ex Deut. 28. 58. 59. *studeat, ut cum fine plagarum ea verba absolvat* & *si non absolverit lictor, repetat verba. Secundus judicum numerabat plagas & tertius dicebat ad lictorem* הכה *percute.* Ad quæ verba illustranda animadvertimus hæc pauca. Ad COLUMNAM i. e. ut *Bartenora* vult lignum terræ infixum, altitudinis sesquicubiti, ut reus incumbere ei posset inclinatus. LICTOR; ita vocabula חזן הכנסת quomodo alias communiter *Minister synagogæ* vocabatur, hic ex præsentis negotii circumstantiis sumenda esse, indubium est. *Si* RUMPUNTUR, RUMPUNTUR &c. Hæc lucem fœnerantur loco Act. 16. 22. *ϛ'ἐρατηγοὶ περιῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια παύλου καὶ σύλα, ἐκέλευον ῥαβδίζειν duces, diruptis Pauli & Sylæ vestibus, jusserunt eos virgis cædi.* LORO TAURINO; Rationem, cur lorum illud bubulum fuerit, judæi petunt ex Deut. 25. 3. *non obdurabis os trituranti*, ac si diceretur, qui hoc facit sentiet pellem bovis in pelle sua. ASININA; ejus rei causam

Verba ejus illustrantur.

causam Bartenora reddit ex Jes. 1. 3. *Cognoscit bos* &c. quasi dixisset Deus, veniet, sc. Asinus, qui cognoscit Domini sui præsepe, & puniet eum, qui non cognovit præsepe Domini sui. E DUPLICI QUADRUPLEX. Quo adnimadverso cum Cl. Coccejo in not. ad tr. *Maccot* concipere non possum, quomodo secundum R. Becchai המכות הן משולשות ושלשה פעמים י"ג הם ט"ל singuli ictus triplicati, & ter 13, triginta novem fuerint; Quadruplices enim forent pro numero lororum.

Quod tandem ad numerum plagarum attinet, lex divina quadraginta præcipit, Deut. 25. 2. Traditio verò Rabbinorum Triginta novem, secundum tr. *Maccot* Cap. 3. §. 10, ubi quæritur כמה מלקין אותו *quot verberibus afficitur sons?* & respondetur ארבעים חסר אחת *Quadraginta minus unâ*. Quem morem tempore Apostolorum in usu fuisse Paulus exemplo suo comprobat, qui 2. Cor. xl. ℣. 24. *quinquies quadragenas plagas minus unâ se accepisse dicit*. Rationes hujus detractionis Judæi afferre solent varias; quidam in voce ex loc. cit. אחיך, quæ numerum in se continet 39. Ejus fundamentum quærunt. Solidius ejus rei argumentum Scriptores Gemarici se invenisse existimant in verbis ejusdem loci במספר ארבעים / quæ sic vertunt, *cum numero quadragesimo* i. e. qui proximus est quadragesimo. Verùm, uti prior ratio cabbalisticas redolet fabulas, ita posterior vim infert textui, dum neglectô planè Sophpasuk, distinctione maxima, vocabulum ארבעים cum ultima præcedentis commatis voce במספר conjungitur. Verior mihi videtur illa, ne sc. lictor per errorem una plagâ additâ legem transgrediatur, cum ultra quadraginta plagas procedere lege sit prohibitum, pauciores autem infligere non item nefas habeatur. Rationem autem quare Judæi tantum opprobrium existimant, si præter quadraginta unica irrogetur plaga, doctissimus *Abrabanel* tradit eam, quòd, sicuti מכה רבה à viris spectatis habetur, si quis illis in publico hominum cœtu injustè colaphum impingat, ita opprobrio affici maximo hominem contemptibilem, si post irrogatam pænam debitam & liberationem ab omni reatu uno tantum ictu percutiatur. Videatur de his pluribus Cl. Buxtorfius in Epist. dedicat. de Abbrev. Hebr. Et literarum Sanctiorum Decus Cl.

De numero plagarum.

Surenhusius, Patronus ac præceptor meus omni observantiæ cultu prosequendus, in præf. ad tract. Maccot. P. IV. Operis Misn. *Pœna perjurii ex jure Civili.* Cæterum, uti pandectæ Misnicæ perjurio pœnam flagri statuerunt, ita leges Romanorum Civiles, grande illud scelus non impunitum relicturæ, variè in perjuria animadverterunt, aliquando fustibus *l.* 13. §. *ult. de jurejurando.* Infamiâ *l.* 41. *C. de transact.* Privatione dignitatis *l. pen. Cod. de Dignit.* nonnunquam exilio l. ult. D. *Stellionatûs.* Adeo ut quod l. 2. Cod. *de rebus Creditis* dicitur, *jurisjurandi religionem contemptam satis Deum ultorem habere*, & Tiberii effatum apud Tacit. *An.* 1. 73. *Deorum injurias Diis curæ esse*, non simpliciter sed secundum quid sint intelligenda. Nimirum in utroque loco ad quæstionem utrum, qui pejerasset, criminis læsæ Majestatis, sicque mortis reus sit? respondetur Negando, sed satis esse, quod Deum habeat ultorem; non verò quod perjurus immunis sit ab omni pæna dicitur. Vid. de hac re Mœstertium de justitiâ Rom. legum lib. 11. dub. 25. Fachinæum in Controv. lib. 1. Cap. 14. & Calvini lexicon jurid. in Voce *perjurii.*

De Sacrificio עולה ויורד. (7.) עולה ויורד *ascendens & descendens.* Ut quale hoc sacrificii genus fuerit, intelligatur, observandum est, חטאת *Sacrificium pro peccato*, unum ex quatuor illis vulgatis sacrificiorum generibus in duas à judæis distingui species, quarum altera חטאת קבועה *Sacrificium pro peccato definitum*, quia pauperibus æquè ac divitibus offerendum erat; Altera verò חטאת עולה ויורד *sacrificium pro peccato ascendens vel descendens*, pro diversis hominum facultatibus appellata fuit. Ad peccatum quod חטאת קבועה expiandum erat, Maimonides in Hilcot Schegagah. Cap. 1. §. 1. quatuor requiri dicit (1.) ut sit commissum per errorem, (2.) contra præceptum negativum, (3.) Facto non verbis, (4.) contra interdictum, quod excidii pœnâ, siquidem cogitatò violetur, sancitum sit; quæ omnia his comprehendit; העובר בשגגה על אחת ממצות לא תעשה שיש בו מעשה חייבין עליה כרת הריזה חייב להקריב קרבן חטאת. Constabat autem hoc sacrificium *definitum* pecoribus tantùm diversis, pro diversitate personarum: *juvenco* scilicet si pontifex vel totus cœtus Jisraelis peccasset Lev. 4:4, 13. Si Princeps, *hirco lactente* ℣. 23. Si homo quispiam gregarius, *capellâ* ℣. 28. Quod ad

alteram

alteram attinet speciem, sacrificium עולה ויורד *majus vel minus*, de illa *Rasch.* in Comment. suo ad tract. *Schebhuot* fol. 1. sic dicit לעשיר חטאת בהמה ולעני עוף ולדל שבדלים עשירת איפה והיא מנחת חוטא האמורה בכל מקום וזהו לשון קרבן עולהויורד לעשיר עולה ולעני יורד *Diviti (offerendum) in sacrificium pro peccato pecus, pauperi avis, & admodum tenui decima pars Ephæ, & hoc est fertum peccatoris de quo in multis locis dictum est, & hic est sensus sacrificii majoris vel minoris, diviti Majus, pauperi Minus.* Hæc Maimonides ipse pro more suo clariùs exprimit, in *Hilcot. Schegagah* Cap. 1. §. 4. sic inquiens חטאת קבועה היא הבאה מן הבהמה בלבד וקרבן עולה ויורד היא קרבן שאיבו קבוע אלא אם היה עשיר מביא חטאת הבהמה ואים היה עני מביא עוף או עשירת האיפה *Sacrificium pro peccato definito adducitur ex pecoribus tantum. Sacrificium autem majus vel minus non est definitum, sed si fuerit dives, adducit in sacrificium pro peccato juvencum, si fuerit pauper adducit avem aut decimam partem Ephæ.* Personæ, quarum peccata hoc Sacrificio erant purganda secundum l. c. cap. 10. sunt (1) מצורע *leprosus* cui post lepram exutam illud injunctum legitur Lev. 14. (2.) חיולדת *puerpera*, quæ post puerperinm id adducere jubetur Lev. 12. (3.) הנשבע שבועתעדות / qui jurejurando testimonium supprimit, de quo *Lev.* 5. 5. (4.) qui pejerat in jurejurando temerè effutito. (5.) qui pollutus, sacris vescebatur (6.) Qui sanctuarium ingrediebatur, immunditiæ, qua erat pollutus, vel inscius planè vel oblitus; quibus omnibus sacrificium illud pro peccato ita imperatum erat, ut duo priores, qui corporis immunditiem lustrabant, ad minimùm turturem unum, columbæve pullum offerre debuerint, quatuor autem reliquis, si unde aves emerent, ipsis non esset, similaceô fertô se redimere licitum fuerit. Vid. pluribus *Maimonidem* l. c. Outram. *de Sacrificiis* lib. I. cap. XII.

ד (1) שבועת שוא נחלקת לארבע מחלוקות האחת שנשבע על דבר הידוע שאין כן׳ כיצד כגון שנשבע על האיש שהוא

§. 4. Jusjurandum Vanum dividitur in quatuor Species. *Prima* est, si quis jurat de re, notâ eam sic se non habere ex. gr. Qui jurat virum esse fœminam, & fœminam

אשה: ועל האשה שהיא איש ועל עמוד של שיש שהוא של זהב וכן כל כיוצא בזה:

esse Virum, & columnam marmoream esse auream, similiaque.

ה השנייה שנשבע על דבר ידוע שאין בו ספק לאדם שהוא כן כגון שנשבע על השמים שהוא שמים ועל האבן זו שהיא אבן ועל השנים שהם שנים וכן כל כיוצא בזה שזה הדבר אין בו ספק לאדם שלם כדי לצרק הדבר בשבועה:

§. 5. *Secunda*, quando quis jurat super re nota, de qua nemo dubitat eam sic se habere. ex. gr. Qui juramentum præstat, cœlos esse cœlos, & lapidem hunc esse lapidem & duo esse duo; similiaque; de his rebus nemo sanæ mentis dubitat, ut asseverandæ sint jurejurando.

ו שלישית שנשבע לבטל את המצוה כיצד כגון שנשבע שלא יתעטק (2) בציצית (3) שלא ילבש תפילין (4) ושלא ישב בסוכה בחג הסכות ולא יאכל (5) מצה בלילי הפסח או (6) שיתענה (7) בשבתות ובימים (8) טובים וכן כל כיוצא בזה:

§. 6. *Tertia*, Si quis jurat, quod præcepta velit violare ex. gr. qui juramentum præstat, se fimbrias induere nolle aut Phylacteria sibi non apponere. Se non habitaturum in tentoriis festo Tabernaculorum, aut non comesturum Azymos nocte Paschatis, aut sese afflicturum in Sabbathis, aut diebus festis, similiaque.

ז רביעית שנשבע על דבר שאין כח בו לעשות׃ כיצד כגון שנשבע שלא יישן שלושת ימים לילה ויום רצופים׃ או שלא יטעום כלום שבעת ימים רצופים וכן כל כיוצא בזה׃ כל הנשבע שבועת ישוא מארבע שבועות אלו עובר בלא תעשה שנאמר לא תשא את שם יי׳ אלהיך לשוא׃ ואם היה מזיד לוקה ואם היה שוגג פטור מכלום׃

§. 7. *Quarta*, qui jurat de re, quam non facere potest, quomodo ex. gr. qui jurat se nolle dormire tres dies continuos, nocte dieque, aut se nihil gustaturum septem dies continuos, & similia. Omnis qui præstat jusjurandum vanum ex quatuor his juramentis, violat interdictum, quia dictum est, *non usurpabis nomen Dei Tui in Vanum*. Sique destinata voluntate id faciet, flagellandus est, si verò ex ignorantia ad nihil tenetur.

ANNOTATIONES.

(1) שבועת שוא *Jusjurandum vanum.* Per illud uti ex allatis exemplis patet, tale Judæi intelligunt juramentum, quod de rebus, quæ vel jure naturæ, vel divino vel humano impossibiles sunt atque illicitæ, conceptum est. Vanum autem ideò illud appellant, quia nulla ex ejusmodi jurejurando oritur obligatio ad præstandam rem juratam. Et rectè quidem hoc asseritur. Quemadmodum enim ad efficaciam promissionum requiritur, ut materia promissi sit in potestate promittentis, ita jusjurandum vim suam accipit omnem à facultate, quam quis habet circa rem jurejurando promissam; jam verò, cùm, quæ lege naturæ, divina, & humana sunt prohibita, nulla nobis sit faciendi potestas, jusjurandum etiam de iis præstandis conceptum, nul-

An jusjurandum circa impossibilia obliget?

lum sit, necesse est. Eleganter in hanc rem ait Papinianus l. 15. *de conditionib. instit. Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & ut generaliter dixero, contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.* Præterea, quando Deus jure imprimis naturæ vel divino rem jurejurando à nobis promissam, interdixit, illi potiùs obediendum esse, nemo, ut opinor, erit qui dubitat. Imò tantum abest ut ejusmodi juramentum circa rem illicitam obliget, ut contra illud servando duplici modo graviter peccetur, primò rem committendo prohibitam, deinde ex Deo justo faciendo injustum, quod accidit, quando jurejurando in testem vocatur, nos rem ab ipso sanctè prohibitam, præstaturos. Quod verò ad leges humanas attinet, secundum Juris Canonici regulam eæ servandæ sunt, quatenus sine dispendio salutis nostræ, servari possunt. Interim, utut jurisjurandi de rebus illicitis nulla sit obligatio, rectè tamen nominis divini in vanum usurpati pæna exigitur, fatente Maimonide infra §. 7. Vid. Grotium de Jure Belli ac Pacis lib. II. cap. XIII. §. 6. & seq.

Quid ציצית? (2) ציצית in pl. צצוית / aliter גרילים dicta *Deut.* 22: 12. Græcè autem à LXX. & in N. T. *κρᾴσπεδον* reddita, propriè nihil aliud sunt, quàm fasciculus filamentorum, quæ à tegumento quadrangulari, כסות in Scriptura, Rabbinis verò טלית dicto, annexa dependent, ipso sic ea definiente *Maimonide in Hilc. Zizit. Cap.* I. *Hal. l.* I. ענף שעושין על הבגר הוא הנקרא ציצית מפני שהוא דומה לציצית של ראש *Ramus, quem faciunt in veste vocatur zizit, quia similis est capillo capitis.* Quia verò Sanctitatis vel superstitionis potiùs mysterium in his præcipuè filamentis positum est, accidit ut totum quandoque vestimentum ab iis nomen suum sortiatur; quo sensu posteriori etiam hîc vocem ציצית sumendam esse, attendenti non erit obscurum; Loquitur enim de ea Maimonides tanquam operimento quodam, quod non nisi de *filamentis* cum veste conjunctim intelligi posse, nemo ibit inficias.

Quomodo conficiantur secundum Maimonidem? Cæterùm quàm Judæi soleant esse solliciti, ut hoc vestimenti genus legitimo conficiatur modo, ex integris eorum libris hac de re conscriptis, abundè satis patet. Nos, pro instituti nostri ratione, præcipua saltem, quæ *Maimonides* de hoc negotio *in Hilcot.*

Hilcot. Zizit. tradit; hâc vice attingemus. In genere pro illegitimo declarandum scribit hoc tegumentum ipsis sacrum, si à Gentili quid in eo confectum fuerit, *Cap.* 1. *Hal.* 12. De figura autem הכסות sive *tegumenti* in specie, item magnitudine ejus & materia sic statuit *Cap.* 3. *Hal.* 1. כסות שחיב אדם לעשות בה ציצית מין התורה היא כסות שיש לה ארבע כנפים או יתר על ארבע ותהיה מדתה כדי שיתכסה בה קטן המתהלך לבדו וגו" והיתה הכסות של צמר או של פשתן בלבר. *Tegumentum in quo homo tenetur Zizit facere secundum legem, est tegumeutum, quod habet quatuor angulos aut plures, & magnitudo ejus sit ea, ut tegi eo possit puer, qui solus potest incedere &c. constet autem ex lana vel lino tantùm.* Ubi observandum, quòd, etiamsi tegumentum plures habeat quàm quatuor angulos, non tamen nisi in quatuor *fimbrias* annectant.

De proprietatibus in specie.

Quod porrò ad *filorum* ציצית in specie sic dictorum, confectionem attinet, de ea sic scribit *Cap.* 1. *Hal.* 6. 7. כיצד עושן את הציצית מתחיל מזוית של טלית שהיא סוף הארוג ומרחיק ממנה לא יותר על שלש אצבעות למעלה ולא פחות מקשר גדול ומכנים שם ארבעה חוטין וכפלן באמצע' נמצאו שמונה חוטי' משולשי' תלויין מין הקרן ואורך החוטי' השמונה אין פחורת מארבע אצבעות ואם היו יותר על כן אפילו אמה או שתים כשרין' וכל האבעות בגודל' ויהיה אחד משמונה החוטים חוט תכלת יהשנעה לבנים: ולוקח חוט אחד טן הלבן וכורך בו כרוכה אחת על שאר החוטין בצד הבגד ומ יחו' ולוקח חוט ההכלת וכורך בושתי כריכות בצד כריכה של לבן וקושר' ואלו השלש כריכות הם הנקראין חוליא'. *Quomodo conficiunt fimbrias? Incipiendo ab angulo tegumenti, qui est finis texturæ, indeque elongando se, non plus, quàm tres digitos sursum versus, neque minus quam articulum pollicis, indit (foramini) quatuor fila, quibus duplicatis in medio, octo invenientur, dependentia ab angulo. Longitudo octo horum filorum non sit infra quatuor digitos; si major, etiamsi unius ulna sit aut duarum, legitima sunt. Omnes digiti per pollices* mensurantur.) *Unum ex octo illis filis erit cæruleum, & reliqua septem alba. Sumendo dein unum filum ex albis, volvat eum semel circa cætera filamenta juxta vestimentum, dimittatque eum. Postea accepto filo cæruleo volvat eum bis circa priorem convolutionem albam, & nodum nectat, quæ tres Circumvolutiones vocantur* חוליא *Articulus.*

Quomodo ציצית *in specie sic dictæ conficiantur?*

Quæ cùm partim controvertantur, partim verò ab illis hodiernus Judæorum usus recedat, merentur paucis

Maimonides illustratur.

paucis illustrati. מכנס שם *indit ibi*; Hinc colligere licet *Maimonidem* eorum subscribere sententiæ, qui *fimbrias* separata volunt esse à tegumento fila, non immeritò spretis iis, qui *ut, R. Aben Esra refert in Comment. ad Num.* 15. 37. per ציצית filamenta intelligunt post texturam relicta; Cui Sententiæ posteriori *Fagius in Comment. ad l. c.* dicit addictum esse *R. Davidem Kimchium.* Verùm injuriâ. Etenim comparatione institutâ inter *fimbrias* & fila post texturam relicta, hæc illis opponit, sic in *libro Radicum altera parte sui Michlol* ad voc. ציצית inquiens, ענף הבגד מה שנשאר מן הארוג שהוא נתלה בו יקרא ציצית ולפיכך קרא החוטין שצוה הכתוב לתלות בכנף הבגד ציצית׃ *Ramus vestis, qui relictus est post texturam, quia & ea pendet, vocatur zizit, & propterea vocat fila, quæ præcepit Scriptura, ut dependantur in angulo vestimenti, zizit.* Junge his quæ habentur *eodem libro ad* Vocabulum גדילים. & *Comment. in Ezech. ad Cap.* 8. 3. ארך וגו׳ *longitudo* &c. Gemara in *tr. Gittin* fol. 56. 1. ubi Historiam recenset Destructionis Hierosolymæ, divitis & eximiæ pietatis viri mentionem facit בן ציצית הכסת *Ben zizit hakkesat*, vocati, שהיתה ציציתו נגררת על גבי כסתותו *qui fimbrias suas in culcitris suis post se traxit.* Hinc τὸ μεγαλύνειν τὰ κράσπεδα *Matth.* 23. 5. de longitudine potiùs *fimbriarum*, quâ pharisæi speciem pietatis præ se ferebant, quàm de latitudine magnificanda intelligendum censeo. אחד תכלת /. *unum cæruleum. Rabbi Abraham bar David*, abbreviatè ראב״ד dictus, in animadversione sua in hunc locum erroris arguit *Maimonidem, duo*, inquiens *requisita fuisse olim fila cærulea, sex verò alba.* Ast *Jomtobus* in suo Keseph Mischne, vindicat sententiam Maimonidis, argumento desumpto ex Num. 15. 37. in quo loco פתיל תכלת explicat per פתיל חד *filum unum.* Idem agit Auctor Commentarii מגדל עוז inscripti, qui Editioni Maimonidis novæ, quæ jam Amsteledami prælum urget, adjunctus est. Etsi autem perinde nobis sit sive duo sive unum fuerit filum cæruleum, id tamen hinc colligimus, non omnia filamenta, minùs totum tegumentum debuisse cœruleum esse, uti quidem incomparabilis *Buxtorfius* existimat in Synagoga Judaica p. m. 162. Hodie ob defectum coloris cœrulei omnia fila alba relinquunt. Conficiebatur enim iste color ex sanguine piscis, חלזון

R. Rimchi Sententia asseritur contra Fagium.

De longitudine fimbriarum.

De תכלת.

חלזון *challason* dicti, Arabum voce حلزون quæ a radice *de pisce* חלזן حلز deducta, *limacem* sive *cochleam* significat. Quòd ideo notandum, ne חלזון cum חלזין/ quæ vox originem suam debet χάλαζα vel χαλάζων, & morbum quendam oculorum denotat, confundatur, uti facit *R. Schelomo Jarchi ad Lev.* 21: 20. Ingens verò, notante *Bocharto in Hierozoico suo*, Maimonidis error est, quando *Cap.* 2. *Hal.* 2. *Tract. Zizit* piscem hunc, vel potius cochleam בים המלח *in mari Salis* id est Asphaltite reperiri asserit. Præterea enim, quod notum est in vulgus, purpuræ piscationem בים גדול in *Mari Magno* id est Mediterraneo fieri, lacus ille Asphaltitis adeò pestiferæ est naturæ, ut nullum animal vivere in eo possit, teste *Tacito Historiarum lib.* v. *cap.* 6. ubi, quæ *Josephus* de bello Judaico lib. 5. aliique de isto lacu fusè tradunt, sic pro more suo breviter edisserit; *lacus*, inquit, *est immenso ambitu, specie Maris, sapore corruptior, gravitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces, aut suetas aquis volucres patitur. Incerta unda* (sic habet editio Rykii) *superjacta, ut solido feruntur, periti, imperitique nandi, perinde attolluntur.* E quibus *Taciti* verbis, ultimis præsertim, clarè patet, (quod in transitu monere liceat) errare *Justinum* quando lib. XXXVI. cap. 3. *Navigationis*, inquit, *hunc lacum non esse patientem, quod omnia vitâ carentia in profundum mergantur, neque materiam sustineat, nisi qua alumine illuetur.* Ut testimonium *Josephi* nunc taceam qui l. c. refert, Vespasianum Imperatorem jussisse quosdam natandi inscios vinctis post terga manibus in altum projici, & evenisse omnibus, ut tanquam vi spiritus sursum repulsa, desuper fluitarint. Vera autem causa, quare lacus hic navigationis sit impatiens, est, quam Celeberrimus BECMANNUS tradit in *Hist. Orbis Terrarum* p. m. 94. quia nimirum gravissimus odor ejus lacûs vivis omnibus adversatur, unde & certissima origo nominis Maris Mortui. Porrò ad vocabulum קושר *nodum nectit*, observandum est, quinque Judæos in ramo isto *Zitit* nodos nectere. Cui fini? infra dicetur. חוליא *Articulus*] ita appellant Judæi quatuor circumvolutinum ordines,

Error Justini

nes, qui fiunt mediante filo longiori, & quinque jam memoratos nodos interjacent. Eam autem rationem volvendi tenent, ut in primo articulo *septies*, in secundo *octies*, in tertio *undecies*, in quarto tandem *tredecies* filum circumvolvant, quem volvendi modum *Maimonides* מצוה המובחר præceptum optimum appellat l. c. Cap. 1. Sect. 5. Cujus rei rationem Cabbalistæ hanc nobis suppeditant, quod in numeris articulorum 7, 8, 11, 13. si literis exprimantur, vocabula ארוני אחר *Deus noster unus*, contineantur. Qui plura de hoc vestimento nosse cupit, adeat ipsum *Maimonidem* integro tractatu *Zizit*. *Sculchan Aruck* in *Orach chaiim* part. 1. & omninò Cl. *Buxtorffium* in Synagoga Jud. Cap. XI. Quorum tamen omnium intricatas tegumenti hujus descriptiones nodos Gordios putabis, nisi juxta lectionem eorum quadrangulare ejusmodi linteum simul aspexeris. Curiositati tuæ, Lector, satisfiet, si Cl. Wagenseilium evolvas in *Sota* p. 407, ubi Pharisæum, fimbriis atque phylacteriis indutum, eo exhibet fine depictum, ut intricatum hoc negotium illustret. Illud non omittendum est, Maimonidem, quando *Fimbrias* illas מצוה sive præceptas dicit, eum sic respicere ad mandata *Num.* 15. 37. ועשו להם ציצית על כנפי בגד יהם *facient sibi Zizit in angulis vestimenti*, item Deut. 22. גדילים תעשה לך על ארבע כנפות כסותך וג"ו *institas facito Tibi in quatuor angulis tegumenti tui*: cui fini? וראיתם אתו וזכרתם את כל מצות יהוה *ut videatis eas, & recordemini omnium præceptorum Domini.* Si ex R. *Schelomone Jarchi* quæras, qua ratione *Fibriarum* aspectu recordatio ingeratur animo omnium legis præceptorum? id feres responsi in commentario ejus ad priorem locum שמנין גימטריא של ציצית שש מאות ושמונה חוטין וחמשה קשרים הרי תריג" *Quia secundum calculum Gematriæ vox Zizit 600 & cum octo filis & quinque nodis 613 efficiunt*, quot nimirum præcepta affirmativa Rabbini in lege contineri dicunt. Quâ ratione, Cabbalistis dignâ, & Maimonides inductus, hoc modo *tractatum* suum *Zizit* claudit לעולם יהא אדם זהיר במציה ציצי שכותב שקלה ותלה בה כל המצות כלן *Homo semper admonitus sit de præcepto zizit, appendit enim ex eo Scriputra Sacra omnia præcepta.*

Quid phylacteria? (3) תפלין quasi *precatoria*, Græcè, φυλακτήρια *quasi observatoria* vel *conservatoria* legis dixeris, denotant instrumentum quoddam Judæis

dæis sacrum, ex pelle certa ratione confectum, cui membranulæ certis legis sententiis inscriptæ, immittuntur. Duplicis autem generis phylacteria conmmemorantur à Rabbinis, quorum alterum sunt תפלין שהקב"ה מניח *Phylacteria quæ Deus T. O. M. induit*; Alterum, quibus Judæi utuntur. De prioribus locus extat famosus in tractatu *Berachot* fol. 6. quem integrum exhibere operæ pretium judicavimus. א"ר אבין בר רב אדא׃ א"ר יצחק׃ מנין שהקב"ה מניח תפלין׃ שנאמר נשבע י"י בימינו ובזרוע עוזו׃ בימינו׃ זו תורה׃ שנ" מימינו אש דת למו׃ בזרוע עוזו׃ אלו תפלין שנאמר י"י עוז לעמו יתן׃ ומנין שהתפלין עוז הם לישראל׃ דכתיב וראו כל עמי הארץ כי שם י"י נקרא עליך ויראו ממך׃ ותניא׃ רבי אלעזר הגדול אומר׃ אלו תפלין שבראש׃ אמר ליה רב נחמן בר יצחק לרב חייא בר אבין׃ תפלין דמארי עלמא׃ מה כתיב בהו׃ אמר ליה ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ׃ ומי משתבח קודשא בריך הוא בשבחייהו דישראל׃ אין׃ דכתיב׃ את י"י האמרת היום׃ וה׳ האמירך היום אמר להם הקב"ה לישראל׃ אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם׃ ואני אעשה אתכם חטיבה אחת בעולם׃ אתם עשיתוני חטיבה אחת בעולם׃ שנ" י"י אלהינו האחד ואני אעשה אתכם חטיבה אחת בעולם׃ שנאמר׃ ומי כעמך ישראל גוי אחד בארץ׃ אמר ליה רב אחא בריה דרבא ל רב אשי תינח בחביתא׃ בשאר בתי מאי׃ אמר ליה׃ כי מי גוי גדול׃ ומי גוי גדול׃ אשריך ישראל׃ או הנסה אלהים׃ ולתתך עליון׃ אי הכי׃ נפישי להו טובא בתי׃ אלא כי מי גוי גדול׃ ומי גוי גדול דדמיין להדדי בחד ביתא׃ אשריך ישראל׃ ומי כעמך ישראל בחד ביתא׃ או הנסה אלהים בחד ביתא׃ ולתתך עליון בחד ביתא׃ וכולהו כתיב באדרעיה׃ *id est* Dixit R. Aben. filius Raf Adæ, R. Isaacum dixisse. Unde (probatur) Deum T. O. M. induere phylacteria? ℞. quia dicitur (Es. 62: 8.) *juravit Dominus per dextram suam, per brachium roboris sui.* Dextera ejus lex est quod dicitur (Deut. 33: 2.) *à dextra ejus ignis edicti &c:* Brachium roboris ejus sunt phylacteria, quia *dicitur Dominus populo suo robur dat &c:* l. c. 33. 29. At unde constat phylacteria Israelis robur esse? ℞. ex eo quod dicitur (Deut. 28. 10.) *Videbunt omnes nationes terræ quod nomen Domini appelletur super Te, timebuntque à Te.* Rabbi Eli-

De philacteriis Dei.

eser Haggadol ait in traditione, ea esse phylacteria Capitis. Raf. Nachman Filius Isaaci dixit Raf Chiæ, filio Aben. In phylacteriis illis Domini orbis quid scriptum est? R. *Quis est sicut populus tuus Israel, gens una in terra &c.* (1 Chron. 17: 21.) Numquid igitur Deus O. M. gloriatur laudibus Israelis? Omninò, scriptum enim (Deut. 26: 17.) *fecisti hodie Deum dicere, &c.* ubi mox sequitur, *Dominus Te fecit dicere. &c.* Dixit nimirum Deus Optimus Maximus Israeli: Facitis me laudem unicam in orbe, Faciam & ego Vos laudem unicam in orbe. Vos me facitis laudem unicam in orbe, dicendo: (ex Deut. 6: 4.) *Dominus Deus noster, Dominus unus.* Faciam & ego vos laudem unicam in orbe. *Quia dictum, quis est sicut populus tuus Israel, gens una in terra.* Dixit Raf. Acha Filius Rabhæ ad Raf. Aschen: Esto, scriptum hoc sit in una cellula. Sed quid in reliquis cellulis scriptum sit explices? R. *nam quæ est gens magna &c.* (Deut. 4: 7.) *Et quæ est gens magna &c.* (v. 8.) *O Te felicem Israel* &c. Deut. 28: 29.) *Aut an tentaverit Deus &c.* (Deut. 4: 34.) *Et ut constituat te excelsum & c.* (cap. 26: 19.) [Exc.] plures igitur justo erunt cellulæ. R. Non, sed *nam quæ est gens magna, & quæ est gens magna*, quia fere eadem sunt, una compreduntur cellula. O. Te *felicem Israel* in una cellula. Denique *ut Te constituat excelsum*, in una cellula. Atque hæc omnia in phylacterio brachii scripta sunt. Locus hic adeo offendit magni nominis virum, ut summæ amentiæ Judæorum Magistros arguat, quod Deum phylacteriis uti, tradere non veriti sint. Ast, quod pace illius viri dixerim, persuadere mihi non possum, primos hujus de phylacteriis Dei doctrinæ auctores rem istam intellexisse literaliter, quos Deum spiritum esse, cui talia non conveniunt, constanter credidisse constat. Esse autem ea quæ de phylacteriis Dei dicunt, mysticè intelligenda ex libro זוהר patet, cujus auctor fol. mihi 111. col. 444. & 445 part. 2. sic inquit de phylacteriis Dei תפלין דרישא חכמה ובינה גדולה גבורה תפארת המניח ותפלין דדרועה תאפרת נצח יסוד מלכות המניח id est, phylacteria capitis (*denotant*) sapientiam & intelligentiam, magnificentiam & fortitudinem (quæ) pulchritudo induit. Et phylacteria brachii (*significant*) pulchritudinem, æternitatem, gloriam, fundamentum

Rationes eorum mysticæ.

tum, quæ Regnum sibi imponit. Quæ obscura sunt, nisi quis ARBOREM CABBALISTICAM seu decem illas famosas Cabbalistarum ספירות NUMERATIONES idest, attributa divina, eorumque collocationem intelligat, qua de re videat, qui velit Rittangelium in Versione libri יצירה qui Abrahamo adscribitur. Clariùs forte sensus horum phylacteriorum Allegoricus explicaretur, dicendo: Priscos Judæorum Magistros, cum mandatum illud *Deut.* 6. de *alligandis præceptis in Signum manui atque fronti* populo vellent commendatum, nullo id argumento fortiori se efficere posse crediderint, quam si populo persuaderent, Deum quoque phylacteria gestare Israelis causâ & bono. Quo sensu? certè non proprio & vulgari, sed ut gratiam Dei singularem, qua populum Israeliticum præ ceteris gentibus prosequi soleat, innuerent. Id quod sub emblemate phylacteriorum, quæ manibus atque fronti alligat Judæorum natio, commodè fieri poterat, ipso Deo huic rei occasionem præbente, qui gratiam suam atque benevolentiam erga populum Israeliticum constantem testaturus, *Ecce* inquit על כפים IN MANIBUS *sculpsi te*; *memoria tui* כנגדי תמיד CORAM ME *est jugiter*. *Es.* 49. 16.

Posterius phylacteriorum genus, Judæis hodie usitatum, de quo Maimonides hoc loco, & alibi passim in præsenti tractatu loquitur, in duas dispescitur species, תפלין של ראש *phylecteria* capitis & תפלין של יד *phylacteria manus*. Utriusque descriptionem intricatam tam Hebræi quam Christiani Doctores variè exhibuerunt. Ex illorum ordine legi possunt *Schulchan Aruch* in *Seder Ketibhas Tephillin, Schulchan Tahor* in *Dine Tephillin*, & Maimonides noster in Hilcot *Thephillin*. Horum è numero primus è Rabbinorum Scriptis illorum instrumentorum constitutionem eruit *Buxtorffius* in Synag. Judaica Cap. 4. WAGENSEILIUS eum secutus est, qui ex Manuscripto quodam suo rem hanc illustravit in SOTA p. 397. & seqq, Et qui omnium accuratissimè intricatum hoc negotium figuris elegantissimis expedivit, supra laudatus Clarissimus SURENHUSIUS nunc Prof. Antiq. Hebr. in Athenæo Amstelædamensi; cujus tamen posterioris opus, cum non in omnium versetur manibus, neque duo priores rem plenè pertractarint, necessariis aliquando omissis, nos ex Maimoni-

Phylacteria Judæis usitata describuntur.

de, qui integro tractatu *Tephillin* hac de re agit, summa tantum attigisse capita, non inutile fore existimavimus. Quod acturi hunc servabimus ordinem, ut spectatis horum instrumentorum facie cum exteriori tum interiori, constructione atque usu, de Fundamento denique illorum, sitne illud divinæ, an humanæ originis, breviter disseramus. Facies utriusque phylacterii exterior THECULAM nobis exhibet & duo LORA, è lateribus ejus dependentia. In THECULÆ *phylacterii capitis* latere uno conspicitur præterea Figura literæ ש altero vero χῆμα ejusmodi  Quatuor insuper distinctas habet domunculas. Rationem hoc vasculum coriaceum construendi Maimonides docet *in Hilcot. Tphillin. cap.* 3. *Sect.* 2. hoc modo: *Accipiunt lignum quadrum, cujus longitudo æqualis est latitudini, & altitudo prope eadem*, & paulò post, *tres ei faciunt incisuras unde quatuor erunt huic ligno capita.* Ad hæc figura literæ ש &  in lateribus ejus ex sculpitur, (quod Maimonides dicere neglexit.) *Dein accepta pellis aquis macerata, ligno applicatur & in ejus incisuras intruditur usque dum acceperit figuram literæ Schin tribus cornibus instructæ ab induentis dextra, & quatuor instructæ capitibus, ab induentis sinistra. Tam diu relinquit pellem super ligno usque dum probè exaruerit. Exemta mustricola quatuor ædiculas pellis habebit.* Modum verò theculam phylacterii manus parandi eodem cap. Sect. 3. sic recenset. *Accipiunt lignum quoddam cujus longitudo latitudini æqualis sit, altitudo ferè æquipollens digito vel paulo magis minusvè. Obvolvitur* (lignum) *pelle maceratâ, pellemque relinquunt in lignea hac mustricola donec exaruerit. LORA* quod spectat de illis *Sect.* 11. sic agit: *Lorum itidem ex pelle fit, longitudo grani hordacei ejus sit latitudo. Et si latitudo sit major quam longitudo grani hordacei, legitima est. Longitudo lori capitis ea sit, ut postquam caput cinctum, & ligatura facta, ab utraque parte ad umbilicum propendeat. Longitudo* LORI *manûs ea, ut incincto brachio factaque ligatura propendeat ad digitum medium, ita, ut ter adhuc ille ambiri*

Ea conficiendi modus.

ambiri & ligatura alia fieri possit. Si lora longiora sunt, legitima sunt. Ligatura lori capitis exhibeat figuram literæ ד, ligatura autem manus literæ י *Jud.* De colore sic statuit Sect. 14. *Lori utriusque facies exterior nigra debet esse, qua traditio à monte Sinai, interior autem facies* quia interna est, *Viridis vel alba esse potest, non autem rubra*, ratione addita, *quia forte vertetur lorum, quod dedecus esset.* Josephus Karo, alias affert rationes, in suo *Keseph Mischne* יש מפרשים שמא יאמרו שמיפ' עצמו למצוא חן בעיני הזונו' ודבר אחר כהני עכום שעושים סימנים מבגד ארום ורשי ז"ל פיר' גנאי שמא יאמ' מדם חטיטה נצבעו ודבר אחר שמא יאמרו אשתו נדה בעל ונצבעו בדם i. e. *quidam* (*quod* de dedecere dicitur) *ita exponunt, quia ceteroquin dicturi sunt homines, iste se exornat, ut gratiosus sit apud meretrices. Alii afferunt rationem, quod infidelium sacerdotes ex panno rubro signa faciant. Raschi p. m. Sic dedecus accipit, quasi alii dicere possent, quod sanie sua lora tinxerint; aut secundum alios facile foret criminari, sanguine uxoris τὰ καταμήνια passæ, fuisse imbuta.* Convenientior causa colorem rubrum vitandi videtur illa, quam Wagenseilius allegat, quod nim: color ruber peccata referre dicatur Jes. 1. 18. Phylacteria autem peccata expiare, non ostentationem ex iis facere debeant.

Si Theculam aperias, interior facies *phylacterii capitis* oculis tuis quatuor membranulas subjiciet, totidem distinctis domunculis inclusas. His membranulis quatuor pericopæ legis inscriptæ sunt, quarum *prima* Exod. 13. versus primum & decimum interjacet, *secunda* continetur eodem capite intra vers. undecimum & decimum sextum, *tertia* ex Deut. 6. vers. 4--9. desumta est, *quarta* eodem libro habetur Cap. 11. à vers. 13--21. Ad scriptionem harum sectionum multa requirunt, quorum alia membranulam, quædam atramentum, nonnulla literas, alia denique scribentem spectant. Quomodo membranula sit paranda Maimonides docet Cap. 1. Sect. 6. *Accipitur pellis animalis quadrupedis aliusve bestiæ* (puræ,) *depilatur, salinatur, elaboratur farinâ; denique gallâ aliisque pelli contrahenda & induranda aptis.* Et hæc pellis (quæ ita paratur) vocatur גויל

Gevil

Gevil cujus facies quæ pilis obvertitur קלף *Keleph*, quæ carnem verſus ſpectat דוכסוסטוס / *δίζυς*ͼ, *bis* vel, *utrimque raſa* appellatur. Quæ ideo animadvertit noſter, quia *Sect.* 8. *Traditionem* dicit *eſſe à monte Sinai acceptam, ut librum legis ſcribant ſuper* GEVIL ea *parte, qua pilos geſtavit. Phylacteria autem ſuper* KELEPH, *facie ea, qua carnem verſus ſpectat.* Atramentum ſic parant: *Colligitur fuligo olei, picis, ceræ & ſimilium, qua ſubigunt cum lacryma arboris Gummi; admixto pauxillulo mellis maceratur, probeque comminuitur, dein ſiccatur & reconditur. Scripturus fuliginem ita paratam, aquis Gallæ humectat*, qua de re videſis Sect. 3. Circa Literas majori ſuperſtitione utuntur, uti videre eſt *Sect.* 19. *Non ſcribunt phylacteria & Meſuſam* (Schedulam quam poſtibus januæ indunt) *niſi charactere Aſſyriaco. Librum legis olim licuit ſcribere Græca lingua; verùm quia diu Græca lingua occultata & corrupta fuit, imò periit, hæc tria non ſcribunt, niſi literis Aſſyriacis.* Apices præterea quoſdam ſive Virgulas, quarum quandoque una, aliquando duæ, interdum etiam tres ſuper una litera eriguntur, ſtudioſè obſervant. Literas, quibus hæ coronulæ debentur, recenſet Maimonides Cap. 2. Sect. 8. & ſeqq. Neque parvum momentum in his apicibus ponunt, quippe quorum Auctorem ipſum Deum prædicare ſuſtinent *Menachot* fol. 29. b. אמר רב יהודה אמר רב בשעה שעלח משה למורום מצאו להק"בה שיושב וקושר כתרים לאותיות אמר לפניו רבתו של עולם מי עבב על ידך אמר לו אדם אחד יש שעתיד להיות בסוף כמה דורות ועקיבא בן יוסף שטו שעתיד לדרוש על כל קוץ וקוץ תילי תילין של הלכות i. e. *dixit Rabbi Jehuda, dixiſſe Raf. eo tempore quo aſcendit Moſes in excelſa, invenit D. O. M. ſedentem & annectentem coronulas literis. Dixit* (Moſes) *ad ipſum* (Deum) *Domine hujus mundi? Quis Tibi faceſſit hoc negotium? Reſpondit ei* (Deus) *Venturus eſt Homo poſt multorum ſeculorum decurſum, qui vocabitur Akiba filius Joſeph, qui iſtorum apicum acervos rationum afferet.* Quod ad Scribentem attinet ita Maimonides Cap. 1. Sect. 13. Scribit. *Phylacteria quemadmodum & liber legis & Schedæ poſtium ab Epicureo ſcripta, cremantur. A Cuthæo, Apoſtata, proditore, ſervo, muliere, aut minorenni, prophana ſunt* וגנוז & *ἀπόκρυφα erunt.* Item *ſi nomen Dei tetragrammaton ſi-*

ne

ne intentione scriptum sit prophana sunt. l. c. sect. 15. Hæc omnia, quæ de constructione phylacteriorum dicunt, octo superstruunt regulis, quas à monte Sinai se accepisse fingunt. Recenset eas Maimonides Cap. 3. Sect. 1. (1) *Phylacteria sint quadrata, & Suturæ eorum sequantur ductum quadrum.* (2) *Diagonalia sint in quadrum, usque dum habuerint quatuor angulos æquales, & in pelle phylacterii capitis sit figura literæ* ש *à dextra & à sinistra.* (3) *Sectiones legis frusto panni involvat, dein pilis eas obvolvat.* (4) *Eas adiculis suis indat.* (5) *Suant phylacteria nervis.* (6) *Adaptent illis trajectum* (foramen per quod trajiciatur lorum) *pelle coopertum, ut lorum ingrediatur & egrediatur.* (7) *Lora sint nigra.* (8) *Ligatura exhibeat figuram literæ* ד.

Quod nunc usum spectat phylacteriorum, non prius ea induunt, *Usus eorum.* quam tanta luce, ut socium suum quatuor ulnas distantem cognoscere quis possit; neque ultra occasum solis ea gestant; Diurno enim non nocturno tempore ea apponenda sibi esse ex eo colligunt, quia dicitur *à die in diem* Exod. 13: 10. Neque Sabbathis vel diebus festis iis utuntur, quia in *signum* data Exod. 13: 9. At verò *Sabbathum* & *dies festi* per se sunt signa. Applicare tandem solent phylacteria capitis eo frontis loco, ubi cerebrum infantis se motitat. Phylacteria autem manus sinistro apponunt brachio, ea parte, quæ *cordi* respondet, quia dictum *eruntque Verba illa super corde tuo.*

Antequam ad Fundamentum tandem harum nugarum transeam, non intactum relinquere potui, quod Commentatores atque Philologi ex iis, quæ cum tædio forte lectoris de phylacteriis recensuimus, locum Matth. 23: 5. ubi Christus Pharisæos reprehendit, quod τὰ φυλακτήρια πλατύνουσι, communiter illustrare soleant. Dum enim adducto loco de phylacteriis, quæ hactenus descripta à nobis fuerunt, sermonem esse existimant, τὸ πλατύνειν, *dilatationem* eorum intelligendam esse putant, vel quod *Thecculam,* in qua membranulæ quatuor Sectionibus legis inscriptæ, repositæ sunt, majorem, quam consueta requirebat mensura, reddiderint Pharisæi, vel etiam, quod *Lora* tantæ longitudinis fecerint, ut longè ultra umbilicum, consuetum aliis terminum, propenderint, latitudinemque eorum auxerint,

D ut

ut multùm excederet longitudinem grani hordacei. Ast dubito an satis benè. Etenim dilatabant Pharisæi τὰ φυλακτήρια πρὸς τὸ θεαθῆναι, *ut spectarentur ab hominibus*, id est, ut jactarent insignem puritatem, oculisque populi singulare ingererent pietatis studium. At verò tantum abest, ut phylacteriorum, ultra consuetum morem, extensione singularis pietatis speciem præse ferre Pharisæi potuerint, ut vix legitima habeantur phylacteria, quæ solitam magnitudinem excedunt, uti ex Maimonide & supra dictis patet. Neque videas Amstelædami vel in aliis locis, ubi magna frequentiâ sacra sua peragunt Judæi, sanctiores haberi eos qui magna, quàm qui solito more confecta gestant phylacteria. Vereor itaque, ne de alio phylacteriorum genere, quam quod hodie Judæis in usu est, citato loco sit sermo, qua de re Clariss. Virum, Dn. JACOB. TRIGLANDIUM, Theologum atque Philologum summum, patronum pariter meum ac præceptorem maximè venerandum, Dissertatione peculiari aliquando latius acturum suspicor. Nobis non ordinis tantum, quem nobis præscripsimus, ratio, verùm etiam circumstantiæ præsentis Maimonidis loci injungunt, ut postremo tandem loco de *Fundamento* horum phylacteriorum pauca dicamus. In diversa hic abeunt non Judæorum tantum sectæ, sed & Doctores Christiani. Rabbinorum Schola, & qui ex Christianis eam sequuntur. Chrysostomus, Theophylactus, Virique in Antiquitatibus Judaicis versatissimi, Josephus Scaliger & Ligtfootus, Fundamentum atque originem hujus rei ad sacras literas referunt, Deumque lora hæc coriacea præcepisse contendunt. Karræi contra, & qui ab eorum partibus stant, Viri de sanctioribus literis optimè meriti, Buxtorffius, Junius, Heidanus, Hoornbeckius, aliique, hæc phylacteria inter traditionis oralis figmenta, vel ceteras templi Secundi superstitiones reponunt atque rejiciunt. Posteriores his potissimum rationibus nituntur, Primò contendunt præcepta Exod. 13. 9. & Deut. 6. 8. non propriè sed allegoricè intelligenda esse, utpote quibus respiciat Deus ad morem istorum temporum, quibus ornamenta in fronte atque manibus gestare solebant Israelitæ, neque aliud quid innuat illis mandatis, quam ut populus Israeliticus in tanto habeat pretio legem divinam

Fundamentum denique

divinam, quo sua consueverit æstimare ornamenta. Quod ut evincant, volunt. (1) Vocabulum טוטפות *ornamenta* significare, ex testimonio Chaldæi interpretis, qui vocem אצעדה 2 Sam. 1. 10. quæ procul dubio ornamentum denotat, per טוטפות reddit. (2) Quòd Moses ipse, quid per præceptum Exod. 13. 9. והיה לך לאות על ידך *& erit tibi in signum in manibus tuis*, intelligat, statim exponat eodem versu, nimirum, למען תהיה תורת יהוה בפיך *ut lex Dei sit in ore tuo*, frequenter eam legendo, Deoque gratias agendo, pro eductione populi ex Ægypto. (3) Quia non verba tantum sed & facta, Pascha &c. jubentur signum fieri in manibus Exod. 13. coll. cum præced. At verò facta frontibus atque manibus alligari non possunt. (4) Denique quòd Spiritus Sanctus similibus locutionibus utatur, ex. gr. Prov. 3. 3. quibus tamen aliud nihil præcipiat, quàm meditationem legis continuam atque custodiam perpetuam. Secundum Argumentum pro sua sententia desumunt à Testimonio Karræorum, qui utut rejectis traditionibus oralibus sensui Scripturæ literali inhærere solent, hæc tamen phylacteria rident. Priores contrà, Rabbini scilicet, & quos iis calculum suum ex Christianis adjicere suprà indicavimus, manibus, ut ajunt, pedibusque nituntur, ut Auctoritatem divinam suis phylacteriis concilient, ea propter contendentes. (1) Loca Exod. 13. 9. & Deut. 6. 8. κατὰ τὸ ῥητὸν atque propriè intelligenda esse, æquè ac præceptum de *fimbriis* Num. 15. 37. ob rationis, quæ in utroque loco militat, paritatem. Cui fini urgent emphasin particulæ לְ vocabulis טוטפות אות זכרון præfixæ, quæ rei propriè sumtæ nota sit, aliter, quam כְּ similitudinis denotet; dici enim לְאות *in signum* non כְּאות *sicut signum*. Genium præterea, atque mores populi istius temporis visibile ejusmodi atque conspicuum legis monitorium requisivisse ajunt. Genium enim, quod spectet Israelitarum, etsi omnium mentes peccato in mundum introducto à Deo aversæ fuerint redditæ, singulari tamen ratione Israelitas rerum terrestrium amore ita fuisse inescatos, ut de Deo & legibus ejus vel parùm vel planè non cogitaverint. Necesse igitur fuisse, ut ejusmodi signis externis, tanquam frenis à terrestrium amore retraherentur, atque continuo quasi legis aspectu Deo redderentur

tur obedientes. Quod ad mores attinet illius gentis, inter alia & amuletis Ægyptiorum eam assuevisse, quem morem idololatricum ut relinquerent, alia Deum præcepisse frontis ornamenta, phylacteria nimirum, de quibus loquimur, quasi dixisset Deus: en! hæc sint amuleta, hæc frontalia tua, quibus utendo rem mihi præstiteris gratam. Imò, inquiunt tandem Christiani Doctores, Christum ipsum phylacteria hæc gestasse; id quod in dubium vocari non possit, cùm ob phylacteriorum neglectum nunquam legatur accusatus ab ipsis Coryphæis adversariorum, Pharisæis, & Scribis, qui Juris aliqua specie Christum arguere potuissent spretæ legis Mosaicæ.

De Tabernaculis. (4) שלא ישב בסכה בחג וכו׳ *quod nolit habitare in Tabernaculis in Festo* &c. De Festo Tabernaculorum, quod serie trium Festorum Annuorum ultimum quidem, sed primarium ferè aut potissimum fuit, propterea חג *festum* κατ᾽ ἐξοχὴν appellandum quandoque, prolixe nunc agere instituti nostri ratio non permittit. Sacrificiorum aliarumque hujus festi ceremoniarum rationem, loci Antiquitatum Hebraicarum communes fuse satis tradere solent. De Tabernaculis tantum, unde festo nomen, quædam dixisse sufficiat. Exstructionis eorum necessitatem imposuit olim præceptum divinum Lev. 23: 40. 42. ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפות תמרים וענף עץ עבת וערבי נחל ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים : בסכות תשבו שבעת ימים כל האזרח בישראל ישבו בסכות : *Et sumetis vobis die primo fructum arboris pulchræ, palmos, ramosque densos, & salices fluvii, & lætabimini coram Domino, Deo vestro, septem dies.* In tentoriis habitabitis *septem dies: omnis inquilinus in Israel habitabit in tentoriis.* Rabbinorum & Karræorum sectæ tam de significatione jamjam memoratarum arborum, quam usu earundem acriter rursus disputant.

Dissensus Rabb. & Karræorum circa materiam eorum. Rabbini per פרי עץ הדר *fructum arboris speciosæ* אתרוג *malum citreum* intelligunt, per ענף עץ עבת *ramum arboris densarum frondium.* Sic enim Maimonides in Hilcot *Succa velulabh.* Cap. 2. Sect: 2. פרי עץ הדר האמור בתורה הוא אתרוג וענף עץ עבת האמור בתורה הוא ההדס שעליו חופין את עצו *per fructum arboris speciosæ, quæ in lege memoratur, intelligitur malum citreum, & ra-*

mus

mus arboris densæ, cujus mentio fit in lege, est myrtus, cujus folia tegunt lignum.

Neque Tabernaculis extruendis has arborum species adhibendas esse Rabbini existimant, sed לולב suum inde conficiunt. Karræi contrarium dicunt, teste supra laudato Cl. Triglandio in rarissimo tractatu suo de secta Karræorum, ubi testimonium in rem nostram producit ex quodam R. *Eliabu* libro *Adderet*, quod cum versione Cl. illius Viri hic exhibere non supervacaneum erit. לא לפי מה שאמרו בעלי הקבלה שמאמר ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר הדר באילנו והוא אתרוג וכפות תמרים הוא לולב ולפי דעתם חסר ויו אמנם מאמר וענף עץ עבות. פרשוהו עץ שבו עליהם על דרך שלוש מגזרת מעשה עבות׳ שיורה על השלוש וזה חוץ ממהות הלשון כנשה בקמץ העין והוא בשוא והחכים פרשו עבות מגזרת בין עבותים היתה צמרתו והוא מין ארז ואחרים פרשוהו אילן הבתנים וכו" *Non secundum ea, quæ dixerunt patroni Kabbalæ, quod dictum illud* capietis vobis die primo fructum arboris Hadar *significet*, *qui* manet *in sua* arbore, id est malum citreum, & ramos palmarum esse lulabh; ubi *ex ipsorum judicio deficit Vau, illam verò periodum* וענף עץ עבות *explicant de arbore in qua folia sunt quasi triplicata secundum analogiam* loci Exod. 28: 14. מַעֲשֵׂה עֲבֹת *quod triplicatum quid importat. Verum id est contra linguæ qualitatem; in isto enim* ע *cum Kametz est, in hoc cum Scheva: sed Sapientes* (nostri) *vocabulum* עבות *interpretati sunt secundum rationem istius* Ezech: 31. 3. inter עבתים & hæc *Cedri est species: licet alii accipiant de arbore pistacea.* Ad argumentum invictum quod Karræi præterea ex Nehemiæ Cap. 8: 15. desumunt, ubi expresse jubentur Israelitæ *spathas palmarum* & *ramos arborum densarum afferre* לעשות סכות *ad facienda Tabernacula secundum scripturam*, ita infirmè Respondet *Aben Esra* ad Lev. 23: 40. והצדוקין אמרו כי מאלה תעשה סכות והביאו ראיה מספר עזרא ואלה עורי לב הלא וראו כי אין בספר עזרא ערבי נחל ולא פרי עץ כלל רק עלי חמשה מינין *Et Sadducai* [Karræos intelligit] *dicunt, quod ex illis* [speciebus arborum] *facienda Tabernacula, & adducunt rationem ex libro Esræ. Sed cæci hi corde nonne vident, quod in libro Esræ nulla mentio fiat salicum torrentis, neque fructus arboris* (Hadar) sed *tantum foliorum quinque specierum.* Quod ad MENSURAM attinet horum Ta- *Tabernaculorum Magnitudo.*

Tabernaculorum, itidem inter sese certant, Rabbinis definitam statuentibus, ne scilicet *sint altiora viginti cubitis, neque infra decem palmos*, Maim. Hilc. Succa Cap. 1. Sect. 1. Karræis contra asserentibus, non esse definitam neque altitudinem neque latitudinem Tuguriorum: in quam rem jam laudatus Cl. Vir cit. loco *R. Schalmon* Ben Jerucham adducit, qui dicere consuevit אין מדת ציצית וסכה בתורה מדודה *mensura Zizit aut Tabernaculorum nulla in lege definita est*. Quod finem tandem spectat horum Tabernaculorum voluit quidem Deus, ut Israelitæ eorum inhabitatione in memoriam sibi revocarent vitam, quam olim per quadraginta annos in tentoriis egerant miseram, gratumque ostenderent animum pro præstita tum protectione gratiosa. Ast Typum etiam fuisse hæc Tabernacula inhabitationis Messiæ in carne, dubitare nos non sinit Johannes, qui procul omni dubio ad Tabernaculorum respiciens inhabitationem, incarnationem σκήνωσιν appellat in Euang. Cap. 1: 14. Quo facit quod Judæi dicunt, פרי עץ הדר *fructum arboris decoris* שכינה seu *Divinam Majestatem* repræsentasse, cujus rei multa atque illustria in eorum scriptis testimonia exstant. Notabile est quod legitur in libro תיקוני זוהר inscripto, ולקחתם לכם ביום ראשון פרי עץ הדר דא אתרוג דאיהו שכינתא *Et accipietis vobis die primo fructum arboris decoris*, qui est אתרוג [malum citreum] *quæ notat Schechinam*. Ratio verò, cur fructum *arboris decoris* præ ceteris speciebus arborum *Schechinam* adumbrasse volunt, præter Kabbalistarum causas est, *quia* ABENESRA DICENTE *nullus fructus pulchrior est illo*.

Finis. (in margine)

(5) שלא יאכל מצה בלילי הפסח / *se non comesturum azymos nocte Paschatis*. Sentiunt Rabbini, integro quidem Paschatis tempore, septiduo nimirum illo, inter decimum quartum & Vigesimum secundum mensis Nisan interjecto, abstinendum esse à *fermento*, Ad Azymos autem non teneri quempiam ex lege, nisi nocte diei decimiquinti, qua de re *Maimonides in Hilcot* CHAMETZ & Matza sic inquit Cap. 6. 1. מצות עשה מן התורה לאכל מצה בליל חמשה עשר שנא בערב תאכלו מצות בכל מקום ובכל זמן ולא תלה אכילה זו בקרבן הפסח אלא זו מצוה מפני עצמו ומצותה כל הלילה אבל בשאר הרגל אכילת מצה רשות רצה בליל

אוכל מצה רצה אוכל אורז דוחן קליות ופירות׳ אבל בליל המשה עשר בלבד חובה ומשאכל כזית יצא ידי הובתו׳ *Præceptum legis est affirmativum comedendi Azymos nocte diei decimi quinti, quia dictum* (Exod. 12: 18.) בערב *nocte comedetis azymos, in omni loco, & tempore, neque alligavit* (Deus) *comestionem* (Azymorum) *sacrificio Paschatis, sed præceptum est absolutum, & quod se extendit ad omnem noctem. Sed in reliquis diebus festi comestio azymorum in cujuslibet arbitrio posita est, qui volet, edat azymos, volet, edat oryzam, milium, tostum,* & *nocte diei dicimi quinti est tantùm debitum, & qui edit quantum oliva continet, egreditur manus officii sui, i. e. liber est.* Duplex hîc occurrit apud Rabbinos disputatio. Primò quâ ratione nocte tantum diei decimi quinti ad comestionem azymorum quis teneatur, scriptura dicente Exod. 12: 18. שבעת ימים *septem dies*; item Deut. 16: 8. ששת ימים תאכלו מצות *sex dies comedetis azymos.* Secundò quæritur inter eos, quousque se extendat tempus illud noctis. Priorem disputationem Joseph Karo ad jam recensita Maimonidis verba sic refert: ותניא ששת ימים תאכל מצות וביום הז׳ עצרת מה שביעי רשות אף ששת ימים רשות יכול לילה הראשון רשות ת״ל על מצות ומרורים יאכלוהו אין לי אלא בזמן שבית המקדש קיים אין בית המקדש קיים מניין ת״ל בערב תאכלו מצות הכתוב קבועו חובה id est, *Traditio est, sex dies comedes azymos & septimo erit congregatio* [Deut. 16: 8.] *quid? si septimus dies est liber, etiam sex dies in arbitrio tuo positi* (sc. utrum illis azymos edere velis sive non) (Obj.) *fortassis etiam nox primi diei erit libera?* [Resp.] scriptura dicit (Exod. 12: 8.) *comedent illud* (Pascha) *cum azymis & herbis amaris.* (Regeritur) *Hæc ratio non probat mihi nisi tempore quo sanctuarium stetit; Quando non amplius est sanctuarium unde?* [probatur azymos esse nocte comedendos] Respondetur; *scriptura dicit* [Exod. 17: 18.] בערב *nocte* comedetis azymos, *qua ratione nocte debitum statuit.* Egregia consequentia! Quod ad posteriorem disputationem attinet de Tempore noctis, quæ eodem loco habetur, longior est quam ut hîc recenseri possit. Summa ejus huc redit. Rabbi Akiba existimat כל הלילה *per totam noctem* ad Auroram usque azymos comedi posse. Rabbi contra Eliezer filius Asaria cum חצות μεσονυκτίῳ comestionem azymorum

rum terminat. Decisio tamen manet secundum Akibam propter regulas Rabbinis receptas [1] דכל מצותה בלילה כשר בכל הלילה *quia quicquid jubetur fieri nocte, illud per totam noctem licitum est.* [2] quia sententia *Rabbi Akiba* prævalet semper מחברו *præ socio suo* [uno.] Similis huic posteriori Disputatio de tempore Paschatis comedendi inter eundem Akibam & Asariam legitur in Berachot fol. 9. Illo ad totam noctem ejus comestionem extendente, hoc ad μεσονύκτιον tantùm.

De Voluptate Sabbathi. (6) שיתענה בשבתות *sese jejunio afflicturum in Sabbathis.* Nefas habetur Judæis Sabbatho jejunare. Omni hinc tempore tanta voluptate diem hebdomadis Septimum celebrarunt, ut, teste Plutarcho, eam ob causam Ethnici putarint, Judæos Sabbathis suis Bacchum colere, quod nimirum ad voluptates ad gulam & ebrietatem atque Saltationes lascivas iis abuterentur. Idem *Augustinus* innuit *Tract.* 4. in Joh. *ubi longè melius esse dicit si fœminæ eorum* (Judæorum) *lanam facerent quàm ut ejusmodi diebus saltarent.* Non melius hujus rei nobis constabit veritas, quam si ipsum audiamus *Maimonidem* in Hilcot *Schabbat* Cap. ult. ubi ab initio statim quatuor diebus Sabbathi observenda refert זכור *memento* sc. Sabbathi &c. (Exod. 20. 8.) שמור *custodi &c:* (Deut. 5. 12.) כבוד *honorem* Sabbathi, & ענג *Voluptatem*; Ea inter potissimam habent curam voluptatis, nixi Jes. 58. 13. וקראת לשבת ענג *& vocabis Sabbathum delicias.* Unde Maimonides cit. loco Sect. 12. sic monet אסור להתענות ולזעוק ולהתנחנן ולבקש רחמים בשבת ואפילו בצרה מן הצרות שהצבור מתענין ומתריעין עליהן אין מתענין ולא מתריעין בשבת׃ ולא בימים טובים׃ חוץ מעיר שהקיפוה גוים או נהר או ספינה המטרפת בים שמתריעין עליהן בשבת לעזרן ומתחננין ומבקשין עליהן רחמים

id est, *probibitum est Sabbatho se affligere,* (jejunio) *clamare, precari, implorare Dei misericordiam: etiam in maximis angustiis, propter quas totus alias cœtus jejunat & clangit, nemo jejunat atque clangit in Sabbatho. Et diebus festis. Præterquam urbis causa, quam gentes obsederunt, vel ob inundationem fluvii vel navis causâ quæ naufragium patitur, propter quæ clangunt in Sabbatho, ut auxilium illis feratur, & precantur, & implorant misericordiam Dei super ea.* Ad Voluptatem verò in Sabbatho percipiendam

tria

tria Judæi convivia inſtituere jubentur, quorum primum ערבית *nocturnum* vocatur, ſecundum שחרית *Matutinum*, tertium במנחה *Veſpertinum*, nominibus deſumtis à tribus illis precationibus Judæorum famoſis, תפלת ערבית תפלת שחרית ותפלת מנחה quia eo tempore, quo hæ preces peragi debent, convivia iſta inſtituenda ſunt, *primum* nocte Sabbathi poſt Solis occaſum, *alterum* die Sabbathi poſt horam duodecimam, (Judæis ſextam) *tertium* poſt horam tertiam pomeridianam, Judæis nonam. Id verò maximè curandum eſt, ut hæc convivia תבשיל שמן ביותר ומשקה מבושם *decocto admodum pingui ac potu aromatico*, id eſt ſuavi valde ſint inſtructa, vino etiam ante omnia adhibito, quantum tamen facultatum cujuslibet ratio id permittit. Abſtinendum inſuper multo cibo ac potu בערב השבת *die veneris* ab hora tertia ſecundum Maimonidem, juxta alios verò per totam diem, כשהוא מתאו' לאכול *ut majori aviditate cibum capiant*. Hanc Sabbathum celebrandi rationem egregiis promiſſis Rabbini commendare ſolent in Tractatu *Schabbat* 118. 1. כל המקיים שלש סעודות בשבת ניצול משלש פורעניות *quicunque ſervat tria convivia Sabbathi liberabitur à tribus pœnis*, nimirum à doloribus Meſſiæ, à Judicio gehennæ, & à bello Gog & Magog. Maimonides commendatione pariter eximia *Hilcot Schabbat* ſic finit: כלחשומר את השבת בהלכתה ומכבדה ומענגה כהו כבר מפורש בקבלה שכרו בעולם הזה יותר הצפון על השרד לעולם הבא שנאמר אז תתענג על יי' והרכבתיך על במותי ארץ והאכלתיך נחלת יעקב אביך כי פי יי' דבר: *Quicunque obſervat Sabbathum, ſecundum conſtitutionem ejus, & honorat illud & DELICIATUR, ſicut jam diu explicatum eſt in Kabbala* (id eſt prophetarum libris) *is mercedem reportabit in hoc mundo, præter illam, quæ mundo futuro reſervata eſt, quia dictum eſt* (Jeſ. 58. 14.) *Tunc oblectabis te in Iehova, & veham te ſupra excelſa terræ, & faciam ut fruaris poſſeſſione Jacobi patris tui, quia os Jehovæ loquitur.* Cum itaque tanta cibi ac potus abundantia Sabbathum à Judæis ſemper celebratum fuerit, non video, quâ ratione dicto Auguſti ſua conſtet veritas, quem *Tranquillus* in Aug Imperat. Cap. 76. dixiſſe refert: *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbathis* jejunium *ſervat, quam hodie ego ſervavi.* Quod ſi enim Sabbathum hoc loco non ſu-

matur pro hebdomade, quâ Pharisæi bis jejunare solebant Luc. 18. 12. sed pro Septimo hebdomadis die, quod vero est similius, utique Augustum errasse dicendum erit, quod familiare admodum Romanis etiam Scriptoribus, Judaicæ gentis ritus atque sacra descripturis. Sic Justinus cum Augusto eundem errat errorem Lib. 36. Cap. 2: 14. *Moses*, inquiens, *Damascena antiqua patria repetita, montem Sinam occupat: quo septem dierum Jejunio per deserta Arabiæ, cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset*, SEPTIMUM DIEM *more gentis* SABBATHUM *appellatum, in omne ævum* JEJUNIO *Sacravit*.

Quid יום טוב *sit, in latiori significatione?*

(7) ובימים טובים *aut diebus festis*. ימים טובים sensu sumuntur aliquando *latiori*, quandoque *strictiori*. Priori modo ex usu præsertim Scripturæ Sacræ ejusmodi denotantur dies, quos privati lætos agunt. Hac ratione יום טוב vocatur ille dies, quem Nabal cum pastoribus suis tempore tonsuræ ovium celebrabat 1. Sam. 25: 8. Ejusmodi porrò *dies Læti* apud veteres erant *Ablactatio* liberorum, exemplo Saræ Gen. 21: 8. Nuptiarum dies ex Jud. 14: 10. Natalitii Gen. 40: 20. Διαβατήρια Gen. 31. Quibus Fœdera iniebantur Gen. 31: 54. Porrò יום המלך *dies Regis* sive memoria inaugurationis Regum Hos. 7: 5. Quàm effusâ lætitia hunc diem olim celebrare consueverint Principes imperii, R. *David Kimchi* in comment: suo ad hunc locum eleganter sic describit אמר מה היה עסק השרים לא לדבר לענין גבורה ונצוח האויבים ולהעמד משפט כמו שהוא חק לבב חורין אלא מה היה עסקם באכילת ושתייה עד שהחלו המלך מרוב שתות היין. *dixit* (Propheta Hoseas) *quod est negotium principum cum Rege*, (inaugurationis memoriâ?) *Non ut loquantur de ratione fortitudinis aut Victoriæ hostium, aut de stabilienda Justitia, sicut est officium regis, hominis liberi. Sed quod est studium ipsorum? cibi ac potus* [quibus ita indulgent] *usque dum morbo afficiant Regem propter nimium vini usum.* His accensendus est dies ille, quo postridie Expiationis festi summus Sacerdos Magistros convivio excipere solebat, unde sententia enata עבידינן יומא טובא לרבנן *faciamus diem lætum Rabbinis nostris.*

Quid strictiori significatione.

Posteriori, strictiori nimirum significatione secundum Rabbinos, Maimonide teste in *Hilcot Iom tobh* cap. 1. sect. 1. *sex dies* κατ' ἐξοχὴν טובים *vocantur*: ששת ימים האלה שאסרן הכתוב בעשיית

&

מלאכה שהן ראשון ושביעי של פסח וראשון וח' של חג הסכות עביום השבועות ובאחד לחדש השביעי הן חנקראין ימים טובים *Sex dies sunt quibus Scriptura Sacra interdixit opus facere, qui sunt primus & Septimus festi Paschatis, primus & octavus festi Tabernaculorum, & dies festus Septimanarum & primus mensis Septimi* (dies novi anni) *isti vocantur Dies Læti.* Læti autem in specie vocabantur hi festorum dies, quia summa olim lætitia eos transigebant Judæi. Ita etenim rursus Maimonides noster *in Hilcot Chagiga* Cap. 1. §. 1. שלש מצות עשה נצטוו ישראל בכל רגל משלשה לים גיאלו הן' הראיה שנאטר יראה וכל זכורך' והחואה שנאמר תחוג ליי' אלהיך' והשמחה שנאמר ושמחת בחגך *Tria præcepta affirmativa data sunt Israeli in omni festo, ex tribus illis festis Majoribus, eaque sunt* COMPARITIO [Hierosolymæ] *quia dictum* [Exod. 23:] *comparebit omnis mas tuus.* FESTIVITAS [quæ consistebat in oblatione sacrificiorem *prosperitatis*] quia dictum [Deut. 16: 5.] *Festum celebrabitis Iehovæ Deo vestro. Et* GAUDIUM [cujus gratia alia adhuc sacrificia præter jam memorata pacifica, erant adducenda, quæ שלמי שמחת'חגיגה vocabantur] quia dictum [cap. cit.] Et *lætaberis in festo tuo.* Præter lætitiam hanc tribus illis festis communem, alia erat Festo Tabernaculorum propria. Non illam puto, quâ circa altare singulis diebus ramum לולב gestantes, lætabundi exclamabant : אנא יי הושיעהנה אנא יי הצליח נא *quæso, Domine, serva nunc, quæso Domine prospera nunc*: sed שמחת בית השואבה *Gaudium domus haustionis* dictum à נישוך המים *effusione aquarum*, quæ lætitiæ istius occasio erat & causa. Tanti verò momenti illud gaudium habebatur, ut Judæi dicere consueverint שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחת מימיו *Qui non vidit gaudium domus haustionis non vidit gaudium unquam.* Res ea propter digna visa mihi est, ut paucis primò dicerem quo hæc LIBATIO AQUÆ ritu peracta fuerit, atque dein exponerem breviter, qua ratione GAUDIUM illud DOMUS HAUSTIONIS celebraverint. EFFUSIO AQUÆ sic se habebat. Singulis Festi Tabernaculorum diebus sacerdos, sorte ad hoc ministerium electus, multô mane (præterquam Die Sâbbathi, quod ne violarent, vesperâ ejus, id est die veneris aquam hauriebant è fonte Siloah) circa ἀλεκτοροφωνίαν δευτέραν id est, μεσονύκτιον, cum aureo Simpulo se conferebat ad fontem Siloah. Egrediebatur autem Sacerdos ex Atrio Mulierum per portam orientis, ubi paululum commora-

Lætitia Festorum communis.

Gaudium Festo Tabernaculorum proprium.

tus versâ ob oriente ad occidentem facie, hæc in fidei suæ testimonium verba proferebat: אבתינו שהם במקום הזה אחוריהם אל ההיכל ופניהם קדמה והמה משתחוים קדמה לשמש ואנו ליה עינינו *Patres nostri in hoc loco vertebant terga sua ad templum, & facies suas ad orientem, & incurvabant se ad orientem Solem, nos* (quod attinet) *ad eum* (Dominum) *sunt oculi nostri.* Magnâ dein hominum frequentiâ stipantus, ad fontem pergebat Siloah, cujus aquâ postquam simpulum suum aureum replevisset, ad Atrium mulierum, unde exierat, revertebatur, eâ habitâ graduum ratione, ne ante exortum Solem aquam inferret in Sanctuarium. Credunt enim Rabbini aquam, noctis tempore in vase sacro retentam, illigetimam fieri, de quo vid. *Bartenora* ad *Succa* Cap. 4. §. 10. Abitum verò hunc atque Reditum Sacerdotis inter Tubarum aliorumque instrumentorum Musicorum clangorem factum fuisse, eodem loco dicitur. Solennibus his peractis ipsa dein aquæ LIBATIO hoc ritu sequuta fuit. Postquam ascendisset Sacerdos Aram exteriorem à latere ejus dextro, vertit se ad sinistrum, ubi in una pelvium, quæ recipiendis atque consumendis liquoribus sacris ibi constitutæ erant, aquam effudit, aliis interea Psalmis cantantibus, quibusdam clamantibus הגבה ידך *tolle manum tuam*, ne ad pedes aquam effunderet Sacerdos, uti *referente Maimonide ad succa* l. c. Karræus quondam fecerat, obruendus propterea à Judæis ingenti malorum citreorum copia. Hoc ritu atque lætitia LIBATIONEM aquæ tempore matutino peragebant, majus gaudium reservantes ad tempus Vespertinum, quia Sacrorum interdiu præstandorum ratio ejusmodi tripudiis quibus noctem transigebant, locum non dabat. Finitis ergo Sacris, Vesperi totus se populus in Atrium rursus Mulierum recipiebat, duobus instructum tabulatis, ex quorum superiori mulieres, inferiori autem Viri prospiciebant, ac quæ in Atrio gerebantur, observabant. Varia enim huic multitudini exhibebantur spectacula. Oculos primum ejus mentemque tenebant tot candelabra aurea, parietibus undequaque infixa; quatuor imprimis lychnuchi, qui tantæ molis erant, tantumque de se splendorem spargebant, ut, si credere fas est, tota Hierosolyma collustraretur, animos populi non in admirationem, sed stuporem rapiebant.

bant. Hinc exortam populi lætitiam non parùm augebant Levitæ, atque Nobiliores populi, quibus id negotii datum erat, ut vario instrumentorum Musicorum sono, atque canticis quindecim graduum, Psalmis nimirum centesimum decimum nonum & centesimum trigesimum sextum interjectis, spectatorum animos ad gaudia excitarent. Exemplo præterea suo populo præibant חסידים ואנשי מעשה *Pii & Viri operibus clari*, & quos ab iis contramentem Jom Thobhi distinguit Maimonides *in Hilc. lulabh* cap. ult. גדולי חכמה ישראל וראשי הישיבות והסנהדרין והזקנים: *Sapientiâ Israelitarum præstantissimi, præsides Academiarum, Senatores & Seniores*, qui inter tripudia דברי שירות ותישבחות *verba cantici & laudis* proferebant, aliis, qui inculpatam egerant in juventute vitam, exclamantibus: *Beata juventus nostra, quæ non pudore affecit senectutem nostram*; aliis contra, quos vitæ malè exactæ pænitentia subibat, dicentibus: *Beatam nostram senectutem, quæ expiat peccata juventutis nostræ*. Neque hic subsistebant illa lætitiæ signa, faces præterea una manu in altum projectas, alterâ celeritate stupenda recipere consueverant. Hac ratione singulos dies festi Tabernaculorum transigebant. Videsis de his omnibus Maimonidem *in Hilc. Lulabh.* cap. ult. & Massechet *Succa* Cap. 4. & 5. Si jam in originem inquiramus harum festivitatum, lætitiam quidem illam tribus festis communem suum in Sacris literis fundamentum habuisse compertum erit. Voluit enim Deus ut Israelitæ, ob memoriam beneficiorum acceptorum, Liberationis nimirum ex Ægypto, Legislationis, [quæ singularis Dei ergo populum Israelitarum benevolentiæ signum fuit Ps. 147: 19. 20.] atque gratiosæ olim protectionis populi sub tuguriis in deserto habitantis, gratos se pariter ac lætos ostenderent. Ast lætitia Festo Tabernaculorum propria, GAUDIUM nimirùm DOMUS HAUSTIONIS, uti & LIBATIO AQUÆ, legi Traditionali suam debent originem atque Principium, ipso Maimonide id non diffitente ad *Succa* Cap. 4: Sect. 9: ניסוך המים בחג הלכה למשה מסיני ויש לו רמזים בתורה ואותן שאינן מאמינין בתורה שבעל פה אינן מאמינין בניסוך המים LIBATIO AQUÆ *in Festo est traditio Mosis de Sinai. Et*

sunt quædam allusiones occultæ in lege. Verum, qui non credunt legi orali, non credunt Libationem aquæ.

ח [1] שבועת הפקדון כיצד כל מי שיש [2] ממון חבירו בידו בין [3] פקדון בין [4] מלוה או [5] שגזלו או [6] עשקו או מצא לו אבדה ולא החזירה וכיוצא בזה ותבע ממנו ממון שיש לו בידו וכפר בו ה"ז עובר בלא תעשה שנאמר לא תכחשו זו אזהרה לכפירת ממון׃ [7] ואין לוקין על לאו זה׃ ואם נשבע על שקר על ממון שכפר בו ה"ז עובר בלאו אחר ועל זה נאמר לא תשקרו איש בעמיתו זו אזהרה לנשבע על כפירת ממון׃ ושבועה זו היא הנקראת שבועת הפקדון׃

[8] Jusjurandum *Depositi* quomodo? Omnis qui possidet res socii sui, sive jure commodati, sive mutui, sive eas rapuerit, aut vi detineat, & quæ his Similia; Et requirenti [*Domino*] res, quas habet, negaverit, profectò ille transgreditur præceptum negativum, quia dictum [Lev. 19. 11.] *ne mentimini* quod est prohibitio negationis rerum. Non autem Vapulat quis propter hoc præceptum negativum. Si autem falsò juret propter res, quas negavit, profectò ille transgreditur negativum præceptum aliud, de quo dictum [loco cit:] *non falsum dicet quis in Socium suum* quod est prohibitio Jurisjurandi ad negationem rerum. Et hoc Jusjurandum vocatur Jusjurandum *Depositi.*

ט ומה הוא חייב על שבועת הפקדון ששקר בה

[9.] Ad quid verò tenetur, qui Jusjurandum *depositi*

[8] משלם את הקרן שכפר בו עם תוספת חומש: ומקריב [9] אשם ואדי בין שהיה מזיד בין שהיה שוגג שנאמר וכחש בעמיתו פקדון' או [10] בתשומת יד או בגזל" וגו והיה כי יחטא ואשם ולא נאמר בו ונעלם ממנו לחייב מזיד כשוגג:

ti falsum præstitit? Restituir Sortem quam negavit, cum additamento quintupli.

Et adducit *Victimam* pro noxa certa, sive *studio* juraverit, sive per errorem; quia dictum [Lev: 8. 21] *mentitus contra proximum suum* de *Deposito, aut de* mutuo. *aut de rapto* &c. [℣. 123.] *Tum erit quia peccaverit, & reus est*, &c: neque dicitur *& abditum fuit ab eo*, [quod indicio est] industrium æque ac errantem reum esse.

י והוא שיזיד בפקדון או בממון שנתחייב בו וידע בו בשעת שבועה' אבל אם שגג ושכח שיש לו אצלו ממון הרי זה [11] אנוס ופטור מכלום' וכן אם לא ידע שאסור לישבע לשקר על כפירת ממון הרי זה אנוס ופטור

[10.] Ille verò ex industria agit circa Depositum aut res, si earum reussit, & sciverit hoc tempore Jnrisjurandi. Si verò erraverit & oblitus fuerit, quod possideat res Socii sui, profectò ille coactus est & liber ab omni. Pariter si nesciverit quod prohibitum sit *falsò jurare* in negationem rerum, profectò ille coactus est & Liber.

יא אם כן היאך הוא שגגת שבועת הפקדון כגון שנעלם ממנו אם חייבין עליה קרבן אם לאו וידע

[11.] Si ita, quomodo se habet error Jurisjurandi *Depositi?* ex. gr. Si nesciat an teneatur propterea ad Sacrificium, siue non: sciat verò quod

שהיא אסורה ושיש לו אצלו
ממון זו היא שגגתה׃ וזדונה
שידע שחייבין עליה קרבן׃

quod [*Jusjurandum depositi*] prohibitum sit, quodque possideat res [Socii sui] Hic est error ejus. Industria verò, si sciat, quod teneatur propterea ad Sacrificium.

ANNOTATIONES.

Quid שבועת הפקדון׳

[1] שבועת הפקדון *Iusjurandum Depositi.* Quando vocabulum פקדון *Depositum* reddimus, non intellectum volumus illud in specie, quod quis ex eo juris Civilis Romani possidet contractu reali, quo alteri res nostras gratis custodiendas concedimus, ut eædem in specie pro lubitu Deponentis restituantur. Vocabulum enim Hebraicum latissimè hîc patens, denotat omne id, quod quis non ex contractu solùm quodam, dominium non transferente, sed & delicto possidet, uti descriptio innuit juris jurandi *Depositi*, quod is interponere dicitur, qui rem alterius vel jure mutui, commodati &c. sibi concreditam vel etiam furto & rapina acquisitam, se habere falsò negat.

Quid ממון *significet?*

[2] ממון *opes*, vox, à Syrorum ܡܡܘܢܐ deducta, & Rabbinis usitata, non pecuniam solùm, sed & omnis generis opes, sive mobiles, sive immobiles denotat, teste *Elia* apud Buxtorff. in Lexico Rabb. Hoc tamen loco ad res mobiles illud vocabulum restringendum esse, natura jubet *jurisjurandi Depositi*, quod ex constitutione Rabbinorum, circa res mobiles tantum versatur, מטלטלים ipsis vocatas, opposite ad קרקעות *fundos* sive res immobiles, quorsum Auctor noster in הלכות שבועות Cap. 4. *servos* refert, *literas contractus* atque *res sanctas*, ea que propter *jusjurandum Depositi* non præstari, asserit infra Cap. 7. §. 3. & 4. Excipiunt *sapientes* הקדשות *Res Sanctas* circa quas שבועת שומרים *jus jurandum custodum* [id est depositarii, commodatarii &c.] exigendum esse ideo statuunt, שלא יזלזלו הקדשות *ne vilescant res Sanctæ.*

[3] Vox פקדון strictius paulò quàm suprà n. 1. accipitur, atque id solum notat, quod quatuor illi apud Hebræos vulgati שומרין *Custodes* detinent, quales sunt שומר חנם, *Custos gratuitus.* השואל *qui commodatò petit.* נושא שכר, *qui mercedem accipit*, & שוכר *qui mercede conducit*, de quibus Vide *Maim*: in Hilc: *Secherot* Cap. I. §. 1. Primus respondet ferè Romanorum Depositario, secundus Commodatorio, Tertius & Quartus cum eorundem Locatore & Conductore magnam affinitatem habent, uti ex brevi eorum comparatione infra suis locis patebit.

[4] בין מלוה *sive mutui jure*. Jura Hebræorum circa mutuum integro tractatu exponit Maimonides Part. IV. Sui יד חזקה. Imprimis Varii generis usuræ, quales sunt רבית קצובה *usura determinata*, אבק רבית *pulvis usurarum*, רבית מוקדמת *usura antevertens*, רבית מאוחרת, *usura subsequens*, הערמת רבית, *usura astutiæ*, qua quis pignus acceptum alteri pro mercede locat, notari merentur.

[5] או שגזלו *aut rapuerit illud*. Æquè laxè ab *Raschi* ad cap. 2. Tr. *Sanhedrin* describitur גזול *raptor*, כופר בפקדון ומשלך בו יד הוא גזלן *qui negat depositum, & ex quo manum ei injicit, raptor est*, ac latè à JCtis Romanis *l.* 37. *ff. de Obl. ex quasi contr.* is qui re deposita utitur, item Vitricus ac Tutor, malè rem gerentes, *Fures* dicuntur. Magis propria est definitio, quam tradit Noster in *Hilc: Gesela* Cap. I. §. 7. אי זהו גזול זה הלוקח ממון בחזקה *Quis est raptor? qui vi alterius bona eripit.* Qua ratione Hebræorum גזול respondet Bonorum Raptori apud Romanos. Præprimis quia idem discrimen, quod Romani inter Bonorum Raptorem & Furem ponunt, etiam Hebræi agnoscunt inter גזול & גנב, *raptorem* & *Furem*. Ita enim Noster in *Hilc: Genebha*. Cap. I. habet: אי זהו גנב זה הלוקח ממון אדם בסתר ואין הבעלים יודעים אבל אם לקח בגלוי ובפרהסיא בחוזק יד אין זה גנב אלא גזלן *Quis est Fur? Is est Fur, qui rem alterius* CLAM *auffert, insciis dominis, contra si auffert aperte, & παῤῥησίᾳ,* *Quid sit* גזול

 Vio-

Violenta manu, is non est Fur, sed RAPTOR. Cum his conveniunt, quæ habentur *pr. Inst.* de *Vi Bonorum Raptorum.*

[6] או עשקו *aut illud detinet.* Vox עשק non tantum significat Vi *detinere*, sed in genere *quovis modo opprimere* sive vi sive fraude. Unde Syrus verbum συκοφαντεῖν, quod sensu latiori denotat *quacunque ratione, alterius opes auferre*, reddit per ܛܠܡ, uti *Arabs* per ظلم, quod in genere designat, *injuria quem afficere.* Hoc tamen loco is intelligitur, qui vi illud quod alteri debetur, detinet, cujusque descriptionem Maimonides tradit in *Hilc: Gesela.* Cap. I. § 4. אי זהו עושק זה שבא ממון חברו לתוך ידו ברצון הבעלים וכיון שתבעוהו כבש הממון אצלו בחוזקה ולא החזירו כגון שהיה לו ביד חברו הלואה או שכירות והוא תבעו ואינו יכול להוציא ממנו מפני שהוא אלם וקשה וצל זה נאמר לא תעשק את רעך *Quis est* עושק? *ille qui res proximi sui accipit Volentibus dominis, postea verò quando repetuntur, eas Vi detinet, neque restituit, ex. gr. qui mutuum aut mercedem ab socio suo exigit, neque recipere ea possit, quia potens est, & difficilis, de tali dictum est* (Lev. 19. 13.) Ne *fraudem facito proximo tuo.*

Jura circa Rei inventæ restitutionem.

[*] מצא לו אבדה ולא החזירו *invenit rem amissam, nec restituit eam.* Rei amissæ restitutionem, ut & custodiam usque dum Dominus innotescat, judæi agnoscunt ex *Deut.* 22. 1. Quare si quis rem invenisset, publici eam prædicare debebat, olim quidem ter, tribus nempe festis solennioribus, postea verò semel. Qui prædicabat rem, lapidi magno, qui teste Cl. Hottingero in præf. ad Lexc. Harm. אבן טועין *lapis errantium* dicebatur, atque extra Hierosolymam positus erat, insistens, in hunc modum vociferabat מי שאבד לו כסות או בהמה או שטרות יבוא ויתן סימנין ויטול: *Quicunque perdiderit vestem, aut jumentum, aut literas, ille veniat, atque indicia præbeat, ut recipiat rem suam.* Si Dominus non apparebat, inventor rem amissam custodire debebat, usque dum quis eam reposceret, tantaque diligentiâ, ut, si res furto ablata esset

interea

interea temporis, aut amissa, Domino propterea satisfacere debuerit. Hæc ita sese habebant, nisi Dominus rei amissæ esset, aut אוכל נבילה להכעיס *qui edit ex cadavere, ut alios irritet*, aut עובד עכו"ם *idololatra*, aut מחלל שבת בפרהסיא *apertus Sabbathi profanator*, quibus rem amissam restituere à Rabbinis interdictum erat. Interim tamen si eo animo judæus homini gentili rem amissam reddere vellet, ut gentes celèbrarent Deum, atque scirent, judæos esse homines fideles, rem laudabilem faciebat. Vid. *Maim.* Hilc: *Gesele* & *Abbeda* Cap. XI. & seqq. Si æquitas naturalis respiciatur, Inventor rem amissam Domino non solum restituere, sed & sponte offerre tenetur. Æqualitas ceteroquin inter homines, quæ distinctionis dominiorum causa fuit, tolleretur, atque genus humanum, bellis continuis hinc ortis, mox periret. Quare recte sensit *Dæmones* apud *Plautum* in *Rud.* act. 4. sc. 7. *qui Vidulum à servo ejus inventum alienum* judicabat. Confer *Grot.* J. B. & P. Lib. II. Cap. X. §. 1. ibique Notas ejusdem, in quibus elegantia Patrum quorundam & Scriptorum gentilium in hanc rem testimonia affert.

[7] ואין לוקין על לאו זה, *neque flagellant propter hoc interdictum.* Ratio hujus rei est, quia hoc Negativum est ex *interdictis* שבכללות *generalibus*, in quibus pœnam flagellationi locum non habere, jam supra attigimus p. 7. Ejusmodi interdictum, auctore nostro ipso definiente, Hilc: Sanhedrin Cap. 18. §. 2. est לאו כולל ענינים הרבה *præceptum negativum quod multas comprehendit significationes.* Huc refert interdictum *Lev.* 19. 26. לא תאכלו על הדם *ne comeditote quicquam cum sanguine*, utpote in quo hæc quatuor negativa comprehendantur (1.) Non comedendum esse pecus antequam anima ejus exierit. (2) Non comedendum esse de carne Sacrificii, dum sanguis illius adhuc in scutella est i. e. ante sanguinis aspersionem in altari. (3) Lugentium cibum non porrigendum esse super iis qui Senatus consulto interfecti sunt (4) Eo die, quo quis interfectus est, Senatoribus non licere cibum capere.

Quid interdictum שבכללות.

Eodem modo præsens interdictum generale est, atque varia interdicta includit.

Jura circa חומש.

[8] Ad quintam partem juxta sortem solvendam requiritur (1) ut quis postquam juravit, ipse fateatur, se reum esse, ita ut quamvis testibus convincatur, ipse verò pertinax maneat, ad sortis redditionem solùm teneatur, quâ de re Noster in *Hilc: Gesele* Cap. 7: 8. sic scribit אין הנשבע על כפירת ממון משלם חומש עד שיודה מעצמו אבל אם באו עדים והוא עומד בכפירתו משלם הקרן בלבד *Qui negat opes alterius jurejurando interposito, is non tenetur ad solutionem quintæ partis priusquam ipse confessus fuerit. Verùm si testes adsint, ipse autem perstiterit in sua negatione restituit solùm sortem.* (2) Requiritur ut quis sua causa restituere teneatur, non alterius. Hinc Filius s. heres, etiamsi falsò juraverit, posteaque confessus fuerit, rem sc: à patre acceptam alterius esse, non tenetur nisi ad sortis restitutionem. Casum Maimonides hunc ponit: גזל אביו או גנב או שהיה חייב לאחרים והבן יודע וכפר הבן ונשבע ואח"כ הודה משלם הקרן בלבד שנאמר אשר גזל על גזלו הוא מוסיף חומש ואינו מוסיף חומש על גזל אביו *si Pater rapuerit aut furatus sit, aut alteri teneatur, Filius autem etsi conscius sit, juret, posteaque confiteatur, ille restituit solùm sortem, quia dictum est* QUI RAPUERIT i. e. ob SUAM *rapinam addat quintam, non patris.* Id tamen de rapto aliisque intelligendum est, quæ non amplius extant (3) Ut is, cui quinta pars est solvenda, sit Israelita; Gentilibus enim sortem solum restituendam esse Maimonides censet, cujus verba sunt הנשבע לכותי משלם את הקרן ואינו חייב בחומש שנאמר וכחש בעמיתו *Qui juravit Gentili, restituit tantum sortem, nec tenetur ad quintam partem, quia dictum* est (Lev. 5. 21.) *qui negeat* PROXIMO SUO. Quasi verò vox עמית συμφύλον tantum significaret, ut malè quoque LXX. existimant. Sanè *Lev.* 19: 11. non *furari*, *fraudare*, & *mentiri* בעמיתו *proximo suo*, etiam in extraneos non licet. Ita *Lev.* 6: 2. *Deut.* 24: 14. *Lev.* 24: 19. aliisque locis vox עמית non ad Tribules vel cives restringi

sed

sed ad omnes cujuscunque generis homines extendi debet. Æquius ergo agit Justinianus cum Judæis. Quamvis enim *l. 6. Cod. de Pagan.* non velit ut Christianus Judæo, rapinam cum triplo reddat, voluntas tamen ipsius non est, ut quæ *ablata sunt sola restituantur, sed ut convicti duplum quæ rapuerint, restituere compellantur.*

[9] אשם ודאי *Sacrificium noxæ certæ.* Est hoc victimæ genus altera אשם *sacrificii pro reatu* species, cujus nomine Hebræi intelligunt sacrificia pro quinque peccatorum generibus offerenda, quæ Maimonides *Hilc. Schegaga* Cap. 9. §. 1. recenset על חמש עבירות מביאין קרבן אשם והוא הנקרא אשם ודאי שהרי אינו בא משום ספק ואלו הן על שפחה חרופה ועל הגזל ועל המעילה: ועל טומאת נזיר ועל הצרעה כשיטהר ממנה: *propter quinque peccata offerendum est sacrificium pro reatu, quod vocatur victima pro* REATU CERTO, *quia non offertur propter dubium, suntque hæc; propter ancillam desponsatam, propter Rapinam, propter prævaricationem, propter pollutionem Naziræi, & propter lepram exutam.* Species illi opposita vocatur אשם תלוי *sacrificium pro reatu suspenso*, quod ita appellatur מפני, ut l. c. cap 8. habetur, שהוא מכפר על הספק ותולה לו עד שיודע לו בודאי שחטא בשגגה ויקריב חטאתו *quia expiat dubium, & differt ei* (peccatori dubitanti sacrificium pro peccato) *usque dum certò cognoscat, se peccasse ex ignorantia, & tunc offerat sacrificium pro peccato.* Peccata ergo pro quibus hoc sacrificium offertur, sunt eadem quæ sacrificio pro peccato luenda, clarius id rursus asserente Maimonide l. c. כל חטא שחייבין על שגגתו חטאת קבועה חייבין על לא הודע שלו אשם תלוי. *Omnia peccata, quæ, si ex ignorantia commissa sunt, sacrificio pro peccato fixo sunt expianda, propter eadem, si dubitatur, sacrificium reatus suspensi offerendum est.* Differentia ergò inter אשם תלוי & חטאת est respectu conscientiæ, quæ in illo est dubia, in hoc verò certa de peccato ex ignorantia commisso. Major difficultas est circa discrimen inter sacrificium חטאת & אשם ודאי. quod ad *Culpam* eorum attinet. Cl. *Outramius*, quanquam

De Sacrificio אשם ודאי.

quam versatissimus in materia sacrificiorum exponenda; tamen fateri coactus fuit, *sibi diu multumque cogitanti nihil occurrisse, quo culpæ istorum sacrificiorum internosci queant.* Cl. item *Gussetius* in Comment: Ling. Hebr. Se *sibi nunquam satisfecisse in hoc negotio* agnoscit. Nec mihi, etsi collatis utriusque sacrificii peccatis, in eam rem accuratè inquisiverim, discrimen certum apparuit. Quod enim dicunt nonnulli, sacrificio חטאת ea peccata expiari, quæ in Deum solùm committuntur, sacrificio autem אשם, quæ ita contra Deum fiunt, ut proximus simul damno afficiatur, id nihil est. Quod enim damnum redundat in proximum ex pollutione Naziræi, aut hominibus lepra affectis? Interim differentia maxima est inter utrumque illud sacrificium ratione materiæ, loci, atque modi sanguinem aspergendi, de quibus videsis *Maimonidem* in *Maase Korban* Cap. 5. & qui optima hinc excerpsit, Cl. *Outramium de Sacrificiis* Cap. XVI.

[10] תשומת יד *mutuum*. Cl. Gussetius atque Buxtorffius has voces non exponunt, quamvis magna sit loco citato de earum sensu controversia. *AbenEsra* societatem significari existimat, ששם ידו עמו, *quia quis manum suam ponit cum altero.* Sic quoque intellexerunt Versiones Orientales omnes. *Samaritanus* retinet voces Hebraicas בתשומת יד. Sic volunt quoque *Syrus* & *Arabs*, quorum ille ܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܐܝܕܐ *per societatem manus*, hic vero معاملة vel ut *Castellus* legit, مشاركة, qvod vocabulum etiam *societatem* notat, reddunt. Quibus accedunt LXX. κοινωνίαν interpretantes. Atque horum omnium mentem Junius & Tremellius sequuti sunt. *Bartenora* verò ad *Baba Kama* Cap. 9. § 7. uti & Auctor noster per תשומת יד intelligunt הלואה *mutuum*. Quibus adstipulatur R. Levi *Fagio* teste ad l. c. Nos, qui ex mente Maimonidis *mutuum* vertimus, *Schelomonem jarchium* sequimur, qui in Comment. Suo ad l. c. utrumque & societatem & mutuum significari existimans hoc modo ad verba בתשומת יד scribit, ששם בידו ממון,

ממון להתעסק או במלוה , *quia ponitur pecunia in manu ejus vel ut negotietur, vel tanquam mutuum.* Nec ratio utramque explicationem destituit; ut enim contractum societatis תשומת יד dictum volunt, quia junctis manibus socius alteri fidem suam adstringere solet, ita pro iis qui mutuum quoque significari volunt, facit, quod contractus iste ex illorum sit genere, qui sine rei *traditione* sive *vera*, sive *ficta*, fieri non potest.

[11] Id vult dicere, errantem æqui minus obligari ac illum qui metu coactus est.

יב שבועת עדות כיצד' העדים שידעו עדות ממון ותבעם בעל העדות להעיד לו וכפרו בעדותן ולא העידו ונשבעו שאינן יודעין לו עדות זו היא נקראת שבועת העדות וחיבין [1] על שבועה זו קרבן עולה ויורד בין שהיו מזידין בין שהיו שוגגין שנ' נפש כי תחטא ושמעה קול אלה והוא עד ולא נאמר בה ונעלם לחייב על הזדון כשגגה.

§. 12. *Jusjurandum Testimonii* quid est? si testes sciant testimonium rei pecuniariæ (*fungibilis*,) atque Dominus requirat eos, ut testimonium sibi præbeant, ipsi verò testari detrectent, jurentque se ignorare testimonium. Hoc vocatur jusjurandum Testimonii, propter quod tenentur ad sacrificium *majus* vel *minus* sive consulto id fecerint, sive ex ignorantia, quia dictum est (Lev. 5. 1.) *anima quæ peccaverit, & audierit vocem blasphemiæ, fueritque testis* &c. ubi non dicitur (ונעלם) *ignoretur*, ut sc. tam is qui ex ignorantia, quam qui consulto fecit, reus sit.

יג כיצד שגגה שבועת העדות כגון שנעלם ממנו שחייבין עליה קרבן וידע ששבועה זו אסורה ושהיא שקר וזדונה שידע שחייבין עליה קרבן אבל אם לא ידע שהיא אסורה או ששכחו העדות ונשבעו ואחר כך נודע להם שהן יודעין לו עדות ושנשבעו על שקר הרי אלו אנוסין ופטורין אף מן הקרבן.

§.13. In quo consistit ignorantia *jurisjurandi Testimonii?* Si quis ignoret se propterea teneri ad sacrificium, etsi sciat, quod jusjurandum illud sit vetitum atque falsum. *Temeritas* autem est, si quis se teneri ad sacrificium sciat, ignoret verò quod (jusjurandum) illud sit prohibitum aut oblivioni tradiderit, atque juret: postea verò ei innotescat, quod possit testimonium præbere, quodque juraverit falsò, Ecce talis est coactus & liber, etiam ab Sacrificio.

ANNOTATIO.

[1] Alia est pœna testis mendacis, de quo ut & ejus mulcta sic disserit *Maim: Hilc: Edut.* Cap. 18. מי שהעיד בשקר ונודע בעדים שהעיד בשקר זהו שנקרא עד זומם ומצות עשה לעשות לו כמה שירצה לעשות בעדותו לחברו. *Quicunque testimonium mendax præbet, & testium productione de eo convinci poterit, ille vocatur testis Mendax, & praceptum affirmativum est, ut ei fiat, quemadmodum voluit proximo suo fieri testimonio suo.* (a) quibus exempli gratia subjicit paulo post: אם בעבירה שחייבין עליה סקילה העידו והוזמו נסקלין כולן ואם בשריפה נשרפין וכן שאר המיתות *si testati fuerint in delicto, cujus pœna lapidatio est, atque de mendacio convicti fuerint, lapidentur, in causa combustionis, comburantur, & sic in ceteris suppliciis.*

[a] Vid. *Deut.* 19. 19.

C A-

CAPUT II.

א אחד הנשבע אחת מארבע מיני שבועות אלו מפי עצמו · ואחד המושבע מפי אחרים וענה אמן אפילו השביעו [1] כותי קטן וענה אמן חייב · שכל העונה [2] אמן אחר שבועה כמוציא שבועה מפיו· ואחד העונה אמן או האומר דבר שענינו כענין אמן כגון שאמר הן או מחוייב אני בשבועה זו· קיבלתי עלי שבועה זו· וכל כיוצא בזה בכל לשון ה"ז כנשבע לכל דבר בין לחייבו מלקות בין לחייבו קרבן·

§. 1. Sive quis unam ex iſtis quatuor jurisjurandi ſpeciebus juraverit ore proprio, aut adjuratus fuerit ore aliorum, reſpondeat autem Amen, tenebitur, etiamſi Gentilis aut puer eum adjuraverint. Quia is qui reſpondet Amen poſt juramentum, reputatur ac ſi juraſſet ore proprio. Et ſive dixerit Amen, aut protulerit verbum quod idem ſignificat ac Amen, ex. gr. qui dicit ita, aut, teneor propter illud juramentum; recepi in me illud juramentum, & ſimile quid in quavis lingua, Ecce ille habetur tanquam ſi juraſſet ad quamcunque rem, ſive ut reus fiat flagellationis, ſive ut teneatur ad ſacrificium.

ב אחד הנשבע · או שהשביעו אחר בשם המיוחד · או באחד מן הכנוין כגון שנשבע במי

§. 2. Qui jurat, aut alius eum adjurat per nomen Dei proprium, aut per aliud ex cognominibus, ex. gr. qui jurat per eum qui vocatur,

ששמו חנון · ובמי ששמו רחום · ובמי ששמו ארך אפים וכיוצא בהן בכל לשון הרי זו שבועה גמורה · וכן אלה וארור הרי הן שבועה · והוא שיזכור שם מן השמות או כנוי מן הכנויין · כיצד כגון שאמר באלה או ארור לה' · או למי ששמו חנון · או למי ששמו רחום : מי שיאכל דבר פלוני ואכלו הרי זה נשבע לשקר וכן בשאר מיני שבועות :

tur Benignus, aut Misericors, aut Longanimus, &c. in quacunque lingua, ecce hoc est jusjurandum perfectum. Similiter Execratio & Maledictio sunt juramenta, ea conditione, si quis mentionem faciat Nominis cujusdam ex Nominibus, aut cognominis ex cognominibus. Quomodo? ex. gr. qui dicit execratus aut maledictus sit Jehovæ; aut ei cujus nomen est Misericors, qui comedet hanc rem. Si edat eam ecce ille falsò juravit. Et sic in ceteris jurisjurandi speciebus.

ג וכן האומר שבועה בה' או במי ששמו חנון שלא אוכל ואכל · שזו אשה והוא איש · שאין לך בידי כלום ויש לו · שאיני יודע לך עדות והוא יודע ה"ז חייב :

§. 3. Sic qui dicit, juro per Deum, aut eum, qui vocatur Clemens, me non comesturum, edit verò. Hanc esse Fœminam, cum sit Vir. Nihil tibi apud me esse, possideam tamen. Me non posse tibi testari, possit tamen. Ecce talis tenetur.

ד אמר

ד אמר אלה או ארור או שבועה ולא הזכיר שם ולא כנוי ה"ז אסור בדבר שנשבע עליו אבל אינו לוקה ולא מביא קרבן אם עבר על שבועתו עד שיהיה בה שם מן השמות המיוחדים או כנוי מן הכנויין כמו שבארנו:

§. 4. Qui execratur, aut maledicit non autem meminit Nominis, nec cognominis, ecce illi res, in quam juravit, vetita est, non autem flagellatur, nec offert sacrificium, si transgrediatur jusjurandum suum, usque dum mentio fiat Nominis ex nominibus Deo propriis, aut cognominis ex cognominibus, ut diximus.

ANNOTATIONES.

[1] אפילו כותי *Etiamsi sit Cuthæus.* Cuthæi propriè vocantur istæ gentes, quas Salmanasser Rex Assyriorum abductis Israelitis, in Samariæ regionem misit, ne terra ista deserta jaceret, atque inculta, 2. *Reg.* 17. 24. Unde fit, ut, qui a potiori gente Cuthæi, ab incolatu Samaritanii quandoque vocentur. Hos inter colonos novos judæorumque nationem odium semper viguit plus quam vatinianum, quod variis de causis magis ac magis invaluit. Primum, quo Cuthæi judæos sibi infensos reddidere, fuit, quod judæos ex captivitate reduces in restauratione Templi mox arte, mox aperta Vi, impedire studuerint. Esr. 4. collat. *Joseph. Hist. Jud.* XI. 2. Mirum in modum postea, judæorum animi exacerbati fuere, cum Samaritani Templum extruerent in monte Garizim, summo ad imitationem Templi Hierosolymitani Pontifice constituto Manasse, fratre Jadduæ, ejusdemque Vicario (quod *Josephum* lib. XI. voce μέτιχε velle existimo,) qui novi istius moliminis causa fuit. Cum enim Sanballati, præfecti Samari-

tanorum filiam in matrimonio haberet, juberetur que, aut uxorem dimittere gentilem, aut munere sese abdicare, Soceri ope, Hierosolymis relictis, nova in monte Garizim sacra instituit. Hinc odium memoratum fovit perpetua inter utrumque populum lis de legitimo cultus loco; Samaritanis montem Garizim talem asserentibus (1) ex promissione *Deut.* 11. 29. (2) ex patriarcharum ibidem vita & sepultura (3) ex materia sui altaris extructi è lapidibus, quos Josua Jordanem transiens, erexerat; Judæis contra, atque potiori jure Hierosolymam extollentibus. Accessit Judæorum calumnia, quâ Samaritanos columbarum cultores appellabant; An verè, uti *Seldenus* aliique volunt, hîc disquirendi locus non est. Credibile mihi non videtur, Samaritanos saltem post tempora Manassis, à quo melius edocti fuerunt, columbas coluisse. Nec argumentum valet, quod judæi desumunt ex *Tr. Cholin Cap. I.* ubi *dicitur temporibus R. Meir columbam fuisse inventam in monte Garizim defossam.* Præterquam enim quod suspecta fide hæc nitantur, non video cur columbas defoderint, qui eas coluerunt. Samaritani vicissim Noviluniorum turbatione judæos non parùm vexarunt, id qua ratione factum sit, Maimonides refert *Hilc. Kiddusch Hachodesch* Cap. 3. בראשונה כשהיו בית דין מקדשין את החדש היו משיאין משואות בראשי ההרים כדי שידעו הרחוקים משקלקלו הכותים שהיו משיאין משואות כדי להטעות העם התקינו שהיו שלוחין יוצאין ומודיעים לרבים. *Olim cum Synedrium calendas consecraret, faces extollebat in cacumine montium, ut longè dissiti hoc signo cognoscerent consecrationem. Postquam verò Cuthæorum perversitas invaluit, ut facibus erectis populum in errorem ducerent, à Synedrio constitutum est, ut nuncii egrederentur, atque indicarent multitudini.* Hac de causa Samaritanorum nomen adeò invisum judæis fuit, ut quos maximo odio prosequebantur, Samaritanos atque Cuthæos appellaverint. Ita Christum Samaritanum vocarunt, *Joh.* 8. 48. odium suum in ipsum non patriam ejus

indi-

indicaturi. Ea ratione Karræos, atque Christianos passim in suis scriptis Cuthæos appellant Judæi. Patet ex dictis cur Judæi nullum commercium olim habuerint cum Samaritanis *Joh.* 4. Judicium etiam fiat in controversia, an Pentateuchus ab Esra, quod *Spinoza* voluit, vel ab Sacerdote Samaritano cujus mentio fit. 2. *Reg.* 17. uti *Doctissimus Vir* existimabat, conscriptus dici possit. An enim credibile foret Samaritanos ab judæis, aut hos ab illis, infensissimis hostibus, librum in fidei, vitæque normam recipere voluisse? Id sine dubio præter cetera argumenta ab. Cl. WITSIO in Miscell. lib. 1. Cap. 14. allata, posterioris sententiæ auctorem commovit, ut mentem mutaverit.

[2] Patescit ex hoc loco אמן jurisjurandi quoque formulam esse. Clarissimè idem præter alias ejus significationes liquet ex *Tr. Schebhuot. Cap.* 4. *fol.* 36. 1. in fine אמר ר׳ יוסי ברבי חנינא אמן בו שבועה בו קבלת דברים בו האמנ׳ דברים בו שבועה דכתיב ואמרה האשה אמן אמן בו קבלת דברים דכתיב ארור אשר לא יקים את דברי התורה הזאת לעשות אותם ואמר כל העם אמן בו האמונה דברים דכתיב ויומר ירמיהו הנבא אל חנניה אמן כן יעשה יי׳ יקם יי׳ את דבריך *Dicit R. Jose filius Rabbi chanina Amen modo jurandi, modo adstipulandi, modo rem confirmandi sensum habet. Jurisjurandi exemplum & dicet mulier Amen Amen* (Num. 5. 22.) Adstipulationis, quia scriptum est, *maledictus qui non præstiterit verba hujus legis, faciendo ea & dixit totus populus Amen* (*Deut.* 27: 26.) Ad confirmationem rerum dixit *Jeremias ad Chananiam Amen sic faciat dominus, stabiliat Deus verba tua* (Jer. 28. 6.) Non ergo est quod *Fullerus* lib. 1. Misc. sacr. Cap. 2. aliique tantopere negent אמן jusjurandi formulâ quandoque venire. Nec obest Christum ea voce tam frequenter usum non fuisse, si jusjurandum illa designaretur. Quæcunque enim Christus vocabulo isto

confirmavit, tanti semper ponderis sunt, ut jurejurando non sint indigna.

[3] שבועה גמורה *jusjurandum perfectum.* Ad ejusmodi jusjurandum requirunt, ut fiat per Nomen Dei sive ipsum Deum. Quare infra Cap. XI. §. I. ab auctore nostro sic dicitur מצות עשה שישבע מי שנתחיב שבועה בבית דין בשם שנאמר בשמו תשבעו . זו מצות עשה ! *Praeceptum est, ut qui jurare tenetur in judicio, juret per Deum quia dictum est in Nomine meo jurabis, quod est praeceptum affirmativum.* In ea sententia & aliae gentes fuêre, qui Deos suos in vindices, si fidem fallerent, advocabant. Exempla ex innumeris multa refert Seldenus *de Synedriis* lib. II. C. 2. Ita Muhammedanis sanctum prae ceteris est jusjurandum, quod fit والله, *per Deum.* Rectè omninò. Cum enim jurejurando testimonium veritatis in animo hominis occultae, imploretur, summaque hominis felicitas, animae salus devoveatur, si fides fallatur, patet, non per alium, quam qui καρδιογνώστης est, ac animam perdendi potestatem habet, id est Deum, juramentum concipi posse. Veterum ergo Formulas PER FORTUNAM, SALUTEM, VITAM atque CAPUT REGIS, similesque multas, parùm accuratè ab *Seldeno* l. c. & *Puffendorffio* de J. N. & G. lib. 4. Cap. 2. Item *Grotio* de J. B. ac P. lib. II. Cap. 13. §. XI. juramenta vocari existimo. Rectius eas dixeris *contestationes*, quibus id tantum volumus, ut aequè tuto dictis nostris fides habeatur, ac *salus*, *fortuna*, *vita* Principis, aliaque nobis chara sunt. Sic intelligendum censeo Josephi חי פרעה *Gen.* 42: 15. & Elisae חי נפשך 2. *Reg.* 2: 6. Formula tamen qua *per salutem* aut *animam suam* frequentissime jurare solent homines, jusjurandum est verè tale, quia Deus in Vindicem illius, quod charissimum nobis est, appellatur. Ceterum eadem, quam diximus, ratione EXECRATIONES, quibus quis Diabolum, ut se hinc abducat, similiaque non erunt vera juramenta. Nec Reges, Principes, atque Nobiles, quando sub *Fide sua* quid promittunt propriè jurare dici

dici possunt, quanquam ejusmodi promissiones pro jurejurando valere soleant. Confer *Grot.* J. B. & P. lib. 2. Cap. 13. §. 22.

ה ולא השבועה בלבד אלא כל [1] כנוי שבועה כשבועה כגון שהיו אנשי אותו מקום עלגים והיו קוראים לשבועה שבותה או שקוקה או שהיו ארמים שלשון שבועה בלשונם [2] מומתא והעלגים מכנין אותה ואומר׳ מוהא כיון שאמר לשון שמשמעו ועניינו שבועה הרי זה חייב כמי שהוציא לשון שבועה:

§. 5. Neque jusjurandum tantum verum & omne cognomen jurisjurandi est instar jurisjurandi. ex. gr. si homines alicujus loci balbutiant, & loco *Schebhua* dicant *Schebhuta* aut *Schekuka*. Aut si fuerint, Aramæi, quorum dialecto jusjurandum vocatur *mumta*, balbutientes verò dicant *Muha*, quia hæc vox sensum jurisjurandi habet, profecto tales æque tenentur, ac si vocem *Schebhua* protulissent.

ו וכן האומר [3] לאו לאו שני פעמים דרך שבועה או הן הן והזכיר שם או כנוי הרי זה כנשבע וכן [4] ימין שבועה ושמאל שבועה שנאמר נשבע יי׳ בימינו ובזרוע עוזו וכן האומר מבמא שלא

§. 6. Similiter qui d[icit] *non non* bis more jurandi, aut *ita ita* mentione facta Nominis aut cognominis, profecto talis jurasse reputatur. Item *per Dextram*, aut *Sinistram* jusjurandum est, quia dictum est, *juravit Deus per dextram suam, & Brachium roboris*

אעשה כך וכך והזכיר שם או כינוי הרי זו שבועה:

ris sui Jes. 62: 8. Sic qui dicit *Pronuntio* me non facturum ita vel ita, meminitque Nominis, aut cognominis, profectò illud est jusjurandum.

ז אמר איסר לה' או למי ששמו חנון שאעשה או שלא אעשה הואיל והוציאו בלשון שבועה הרי היא כשבועה:

§. 7. Qui dicit *Prohibitum* sit *Jehovæ*, aut ei qui vocatur Clemens, si fecero, aut non fecero, id quia modo jurandi dicitur, profecto est instar jurisjurandi.

ANNOTATIONES.

[1] Eodem modo in votis בקרבן *per oblationem*, cujus cognomina sunt קונם קונה קונז res se habet, secundum receptum canonem כל כנוי קרבן כקרבן *omne cognomen* τ8 *Korban* valet *sicut Korban*. Verum cognomina cognominum non item obligant, dicunt enim Rabbini כנוי הכנוים מותרין בין בנדרי איסור בין בנדרי הקדש *Cognomina cognominum libera sunt, sive in votis prohibentibus, sive in votis consecrantibus.* Quod etiam de jurejurando intelligendum est. Ceterum originem istorum cognominum & corruptarum formularum Maimonides tradit *Hilc: Nedar:* Cap, 1. §. 16. יש מקומות שאנשים עלגים ומפסידין את הלשון ומכנין על דבר בדבר אחר והוליבין שם אחר הכנוי *sunt regiones in quibus homines, qui balbutiunt, corrumpunt linguas, & vocant rem alio nomine, sequentes hac in parte rerum cognomina.*

[1] מומתא vox est Chaldaica, à cujus radice ימא *juravit*, est *Syrorum* ܝܡܐ ejusdem significationis, & ܡܘܡܬܐ *jusjurandum Matth.* 5. 35. Ab Aramæis Græci suum ὀμόω *juro* acceperunt.

[2] לאו לאו *Non non. Josephus Karo* in suo *Ceseph Mischne* semel *Non* vel *Ita* cum Nomine Tetregrammato dixisse, ad jusjurandum sufficere ait. Quare hunc Maimonidis locum de eo casu intelligendum existimat, si quis proferat Nomen Tetragrammaton non animo jurandi, paulo vero post ad confirmandam alicujus rei veritatem dicat *Non Non*; qua ratione has particulas negantes conjunctas censeri cum nomine Tetragrammato, ac jusjurandum efficere.

(3) וכן ימין, *& sic per Dextram.* Eadem sed plenius in tr. *Nasir* fol. 3: 2. Sic habentur: האומר ימין הרי זו שבועה מאי טעמא לא משום דכתיב וירם ימינו ושמאלו אל השמים וישבע בחי העולם דתניא מניין לאומר ימין שהיה שבועה שנאמר נשבע ה׳ בימונו ומניין לאומר שמאל שהיא שבועה שנ׳ ובזרוע עוזו *qui dicit per* Dextram (supplet Glossa שלא אוכל ככר זו *me non comesurum hoc frustum) profectò is jurat. Quæ ratio? Non, quia scriptum est*, (a) *Et sustulit* dextram & sinistram *suam ad Cœlum*, (a) *Dan.* 12: 7. *& juravit per* Viventem in æternum. *Traditio verò* (quærit) *quare dicendo per Dextram jusjurandum præstatur?* (Resp:) quia dicitur, *juravit Deus* per Dextram suam. Porrò quærit, *unde* (is, qui dicit) *per sinistram*, jurat? (Resp.) quia dicitur, *& per Bracchium Roboris sui*, Hinc forte arcessendum est, quod non apud *Persas* solum *Fides dextris datis* πίστις βεβαιωτάτη, *firmissima Fides* fuerit, teste *Diodoro Siculo* lib. XVI. Sed & apud ceteras gentes omnes junctura Dextrarum Fidei & Concordiæ signum, *Veteri* ut loquitur *Tacitus* Hist. 1. Cap. 54: *instituto* habeatur.

ח שמע חברו נשבע ואמר אני כמותך הואיל ולא הוציא שבועה מפיו ולא השביעו חבירו הרי זה פטור וזהו ימתפים בשבועה שהוא פטור:

§. 8. Qui audit Proximum suum jurare, & dicit, *ego ero sicut Tu*, nec profert jusjurandum ex ore suo, neque adjurat eum proximus ejus, profectò ille non tenetur, & hic est qui *captat* jusjurandum & liber est.

ט וכן אם נשבע שלא אוכל בשר זה׳ וחזר ואמר והרי הפת זה כבשר הזה הרי הוא פטור על הפת׳ שהרי לא הוציא שבועה מפיו עליה אלא התפיסה׳ ואף על פי שהוא פטור מן המלקות או מן הקרבן אסור לו לאכול אותה הפת שהתפיס בשבועה:

§. 9. Similiter qui jurat, se non comesturum hanc carnem, & iterando dicat, hic panis esto mihi sicut caro, profecto illi panis non est prohibitus, quia non juravit in illum, sed tantum *captavit*. Quamvis autem non obnoxius sit Flagellationi, aut oblationi, vetitum tamen est edere panem hunc, quia captavit jusjurandum.

י מי שנתכוון לשבועה וגמר בלבו שלא יאכל היום או שלא ישתה ושדבר זה אסור עליו בשבועה ולא הוציא בשפתיו הרי זה [2] מותר

§. 10. Qui cogitavit jusjurandum, & in corde suo constituit se non comesturum hodie, aut se non bibiturum, aut hanc rem sibi interdictam esse, non autem protulit ore, ille liber est, quia

שנאמר לבטא בשפתים׃ אין הנשבע חייב עד שיוציא ענין שבועה בשפתיו׃

quia dicitur *effando* labiis suis (Lev. 5.) Non est, qui jurat, reus antequam proferat sensum jurisjurandi.

יא וכן אם גמר בלבו להשבע וטעה והוציא בשפתיו דבר שלא היה בלבו הרי זה מותר׃ כיצד המתכוין להשבע שלא יאכל אצל ראובן׃ וכשבא להוציא שבועה נשבע שלא יאכל אצל שמעון הרי זה מותר לאכול עם ראובן׃ שהרי לא הוציאו בשפתיו׃ ועם שמעון שהרי לא היה שמעון בלבו׃

§. 11. Et si quis constituerit in corde suo, se juraturum, & erret proferendo rem, quam non habuit in animo, profectò ille non tenetur. ex. gr. qui intendit jurare, se non comesurum esse aput Rubenem, & dum jusjurandum profert, jurat, se non comesurum apud Simeonem, profectò illi liberum est edere cum Rubene, quia profecto *non nominavit eum verbis;* & cum Simeone, quia de Simeone non cogitavit in corde suo.

יב וכן שאר מיני שבועות. אינו חייב עד שיהיה פיו ולבו שוין׃ לפיכך אם נשבע אחד בפנינו שלא יאכל היום ואכל׃ והתרו בו ואמר אני לא היה בלבי אלא

§. 12. Et sic in ceteris juramentorum speciebus, non est quis reus nisi cor & os conveniant. Propterea si quis juret in præsentia nostra, se non comesturum hodie, & comedit, sique admonitus dicat, non erat

שלא אצא היום ׃ וטעה לשוני
והוציא אכילה שלא היתה
בלבי הרי זה אינו לוקה׃
עד שיודה בפני עדים קודם
שיאכל שעל אכילה נשבע׃
או שקבל עליו [3] התראה
ולא טען שטעה בעת
התראה אף על פי
שטען אחר כך אין שומעין
לו׃ וכן אם התרו בו
ואמר מעולם לא נשבעתי
או לא נדרתי אלא על
דבר זה׃ ואחר שהעידו
עליו שנשבע או נדר׃
אמר כן היה אבל לא
היה פי ולבי שוין או
[4] תנאי היה בלבי על
הנדר אין שומעין לו
ולוקה׃

erat in animo meo, nisi quod non velim egredi hodie, erravit autem lingua mea, & protulit comestionem, quæ non fuit in animo meo, profectò ille non flagellatur, usque dum coram testibus confiteatur antequam comedat, quod de comestione juraverit. Aut si accipiat adhortationem, neque excipiat tempore admonitionis; quod erraverit, eum, quamvis postea excipiat, non audiunt. Similiter si admonitus dicat, nunquam juravi nec Vovi nisi in hanc rem; postea verò cum testibus convincatur, quod juraverit aut voverit, dicat, ita est, sed cor & os non convenêre, aut conditio fuit in animo meo super eo voto, talem non audiunt, sed flagellant.

יג כיוצא בו אמרו לו
אשתך נדרה׃ ואמר בלבי
היה להפר לה והפרתי׃
שומעין לו׃ אמרו לו נדרה
והוא אומר לא נדרה

§. 13. His simile est, si dixerint, uxor tua votum fecit, ipse verò respondeat, animus fuit illud irritum reddendi, & irritum reddidi, eum audiunt. Si dixerint

וכיון שראה אותם העידו עליו אמר בלבי היה להפר לה והפרתי שומעין לו. אמרו לו נדרה והוא אומר לא נדרה וכיון שראה אותם העידו עליו אמר בלבי היה להפר אין שומעין לו:

erint ei, vovit, ipſe verò reſpondeat, non vovit, & mox, quia videt eos contra ſe teſtari, dicat, in animo habui, ut votum irritum redderem, talem non audiunt.

יד גמר בלבו שלא לאכול פת חיטין ונשבע שלא יאכל פת סתם אסור בפת חטים שפת חטים פת שמה:

§. 14. Si perfecerit quis in corde ſuo, ſe non comeſurum panem triticeum, & mox jurat ſe nolle edere panem abſolute, ille prohibetur pane triticeo, quia panis triticeus vocatur panis.

טו מי שנשבע ואמר שבועה שלא אוכל היום ועל דעתיכם אני נשבע אין זה יכול לומר כך וכך היה בלבי שלא נשבע זה על דעתו אלא על דעת אחרים וכיון שהיה פיו ולבם של אחרים שוים שנשבע על דעתם חייב מפני שלבם של

§. 15. Quicunque jurat dicendo: jusjurandum ſit, quod panem hodie edere nolim, & ad veſtram mentem juro, is non poterit dicere, hoc vel illo modo cogitavi, quia non juravit ſecundum ſuam, ſed aliorum mentem; quare ſi ejus os, & cor ceterorum conveniant, tenetur, quia ad eorum mentem juravit, & cor eorum loco ipſius

אלו במקום לבו קם · וכן בשאר מיני שבועות:

cordis est. Et sic se res habet in ceteris juramentis.

יו לפיכך כשמשביעין הדיינין את הנשבע אומרים לו לא על דעתך אנו משביעים אותך אלא על דעתנו:

§. 16. Propterea si judices adjuraverint juraturum, dicunt ei, non secundum tuam mentem, sed secundum nostram te adjuramus.

יז מי שנשבע והיה פיו ולבו שוין בשבועה · ואחר שנאסר חזר בו מיד [6] בתוך כדי דיבור והוא כדי שיאמר תלמיד לרב שלום עליך רבי · ואמר אין זה שבועה או נחמתי או חזרתי בי וכיוצא בדברים אלו שענינם שהתיר מה שאסר ה"ז מותר ונעקרת שבועה שזה דומה לטועה:

§. 17. Qui juravit, ore & corde consentientibus, at postquam obligatus est, pœniteat ipsum intra tempus Sermonis, quo discipulus Magistrum suum alloquitur PAX TIBI SIT RABBI, dicatque non valet illud jusjurandum, aut me pœnitet, aut mutavi animum, & simile quid, cujus sensus est, ut solvat, quo tenetur, profecto ille liber est, & jusjurandum solutum est, quia ejusmodi homo similis est erranti.

יח וכן אם אמרו לו אחרים חזור בך או מותר לך וכיוצא בדברים אלו וקבל מהן בתוך כדי דבור ואמר הן או הוזרתי

§. 18. Sic etiam si alii dixerint ei, revertere, aut solutus esto, atque simile quid, is etiam acceptet hoc intra tempus sermonis, dicatque *ita*, aut *revertor*, aut simile

בי וכיוצא בזה ח״ו מותר ואם אחר כדי דבור אינו יכול לחזור בו:

le quid, profecto ille liber est. Verùm post intervallum Sermonis non potest pœnitere.

יט נשבע וחזר בו בתוך כדי דבור בלבו אין זה כלום · וכן אם אמרו לו אחרים חזור בך או מחול לך וקבל דבריהם בלבו בתוך כדי דבור אין זה כלום עד שיוציא החזרה בפיו כמו השבועה:

§. 19. Si quis juret, atque pœniteat eum in corde intra tempus sermonis, id nihil est. Sic etiam si dixerint alii ad ipsum reverte-re, aut solutus esto, & acceptet hæc in corde intra tempus sermonis hoc nihil juvat, usque dum proferat pœnitentiam ore, sicut jusjurandum.

ANNOTATIONES.

[1] מתפים בשבועה שהוא בטור *qui captat jusjurandum liber est.* Aliter se res habet in votis secundum Auctorem libri *Colbo* יש חלוק בין נדר לשבועה שהמתפים בנדר נדר והמתפים בשבועה אינה שבועה *differentia est inter votum & jusjurandum, qui enim captat votum, votum facit, qui verò captat jusjurandum, non jurat.* Imò Auctor noster ipse inter alias differentias etiam in presenti negotio discrimen inter jusjurandum & votum esse, scribit in *Hilc: Nedarim* Cap. 3. §. 1. ארבעה דברים יש בנדרים לשבועות בטוי שבשבועות בטוי אין שבועה חלה על שבועה ובנדרים יחול נדר על נדרי · המתפים בשבועה פטור ובנדרים חייב׳ אין שבועת בטוי חלה אלא על דברי הרשות ונדרים חלות על דברי מצוה כדברי הרשות שבועת בטוי חלה על דבר שיש בו ממש ועל דבר שאין בו ממש׳ ונדרים אינן חלין אלא על דבר שיש בו ממש׳ *Quatuor differentiæ sunt inter vota & jura-*

juramenta promissoria. In jurejurando promissorio, unum jusjurandum non continetur in altero, ast in votis continetur votum in voto. Item qui captat jusjurandum liber est, ast in votis tenetur. Non valet jusjurandum nisi in rebus, quæ sunt in arbitrio nostro, ast vota etiam valent in præceptis tanquam in rebus, quæ in potestate nostra sunt positæ. Jusjurandum versatur circa res solidas & non solidas. Ast vota non fiunt nisi super rebus solidis. Has differentias nunc annotasse in sequentibus nos juvabit. Ceterum ad vocem פטור *Josephus Karo* sic animadvertit: משמע לרבינו דמדלא אמר מותר דאיסורא מיהא איכא *Sensus est Rabbi nostri, quia non dicit* מותר (*licitum* est,) quod tamen *vetitum* sit. Hinc patescit usus vocum פטור מותר, & איסור. *Prima* notat immunitatem à pœna civili, non autem à culpa & peccato. Quod cum non omnes observarint, perperam quandoque Maimonidi & ceteris judæis impietatis nota inusta fuit. Huic voci opponitur חייב is qui *pœnæ civili obnoxius* est. *Secunda* notat aliquid licitum esse לכתחלה *ab initio*, & re adhuc integra, opposite ad rem quæ quidem licita est בדיעבד *postquam eam quis fecit*, expedivisset tamen secus fecisse. *Tertia* significat quid prohibitum esse non ad *pœnam* solum, sed & *peccatum* evitandum.

[2] זה מותר *hoc licitum est;* Id vult dicere Auctor noster eum, qui in animo sibi proponit pejerare, non autem verbis id præstat, nec peccare, nec pœnam mereri. Verum errat quod ad prius attinet. Id quidem verum est cogitationis, quæ in actum externum non erumpit, pœnam civilem pati neminem. Ipsum tamen pejerandi propositum perjurium est, & voluntas *sine facto*, ut Grotius loquitur sæpè *cit. loc.* §. 1. pœnam in se accersit. Idem agnovit *Juvenalis*, (a) qui cum Historiam de Glauco Epicydide, cui Pythia graves denunciat pœnas, quod deliberaret solùm juratam fidem de deposito fallere, recensuisset, sic concludit:

(a) Satyr. XIII. 5. p. 208.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.

[3]

[3] התראה *admonitio.* Nemo poterat vel ultimo supplicio vel Flagellatione puniri citra התראה *præmonitionem*, qua requirebatur, ut reus de lege contra quam peccasse accusabatur, ita fuisset præmonitus, ut sciret, se pro reo habendum fore. Ceteroquin ob præsumptam juris ignorantiam absolvendus erat, excepto *Seductore Deut.* 13. 6. de quo *Maimonides* (a) sic statuit, המסית אין דיניו כשאר דיני נפשות מכמנין לו את העדים ואינו צריך התראה כשאר נהרגים *Seductoris judicium non est sicut cetera judicia capitalia: Abscondunt ei testes* (de quo vid. tr. *Sanhedr.* Cap. 6. Misn. 10.) *nec præmonitione opus est sicut in ceteris, qui occidendi sunt.* Formula autem eodem auctore (b) hæc est: כיצד מתרין בו אומרין לו פרוש או אל תעשה שזו עבירה היא וחייב אתה עליה מיתת או מלקות *quomodo admonent? dicunt ei: Abstine, aut ne facito, quia hoc peccatum est, cujus nomine obnoxius eris morti, aut Flagellationi.* Non tamen quis ex ea præmonitione reus peragebatur nisi statim post admonitionem peccatum perpetrasset, qua de re sic legitur paulo post citata: וצריך שיעבור ויעשה תכף להתראה בתוך כדי דבור אבל אחר כדי דבור צריך התראה אחרת. *Necesse est, ut peccet, & faciat statim post admonitionem intra tempus sermonis* (sc: quo discipulus Magistrum salutare tenetur שלום עליך) *quo præterlapso alia admonitione opus est.*

(a) *Hilc. Sanhedr. cap.* XI. 6.

(b) *Hilc. cit. cap.* XII.

[4] תנאי *conditio.* Admittunt Judæi in jurejurando conditiones tacitas, ut sic verbis frequenter impunè ludant. Ejusmodi lusus est in Voti formula בחרם. Quod si enim quis voverit בחרם quod idem esset ac חפץ זה חרם עלי *res hæc sit super me anathema*, postea dicere potest, se in corde suo rete piscatorium intellexisse, quod itidem voce חרם designatur. Sic qui voverit קונם אשתי נהנית לי *Esto mihi votum quod uxore mea non sim fruiturus*, ita se explicare potest; לא נדרתי אלא באשתי שגרשתי *non vovi, nisi in uxorem expulsam.* Plura ejusmodi exem-

pla vid. in tr. *Nedarim* Cap. 2. §. 5. Proluserunt Judæi hac in parte, uti & multis aliis erroribus, Jesuitarum interpretationibus tacitis, seu ut vulgo loquuntur, reservationibus mentalibus, quarum absurditatem *Grotius* ostendit in I. B. & P. lib. 3. Cap. 1. §. 17. *coll.* lib. 2. Cap. 13. §. 3. Exempla ejusmodi cavillationum ex historia Civili petita vide sis apud *Puffendorffium* in J. N. & G. lib. 4. Cap. 2. §. 12.

[5] על דעתו *ex sua mente.* Fluit hoc ex falso tacitarum interpretationum principio, quod Judæos admittere præc. paragr. diximus. Vera autem jurisjurandi interpretatio nunquam ex mente jurantis, sed ejus, cui juratur, est petenda. Quam in rem *Cicero* eleganter ita loquitur, *quod ita juratum est, ut mens DEFERENTIS conciperet fieri oportere, id servandum est.* Nec Deus etiam aliter accipit verba jurantis, quam is, ad quem jusjurandum dirigitur, ea intelligit, ut Canones quoque recte volunt *causa* 22: Q. 5. c. 10. Id enim nisi fieret, omne jusjurandum cavillationi obnoxium foret, & nullum daretur medium expediendi negotia humana. Vid. *Grot.* lib. 2. cap. 13. §. 2. atque ejusdem notæ. *Puffend.* lib. 4. cap. 2. §. 15.

[6] בתוך כדי דבור *intra tempus Sermonis.* Dissident inter sese Scriptores Gemarici, utrum verba quibus Discipulus Magistrum, an verò quibus Magister discipulum salutare solet, intelligi debeant. Momentum hujus disputationis in eo situm est, quod verba discipuli plus temporis requirant, quam Magistri. Ita enim discipulus Magistrum alloqui tenetur שלום עליך רבי *Pax sit super Te Rabbi*; vel secundum Rabbi *Jose* sententiam, שלום עליך רבי ומורי *Pax sit super Te Rabbi & Domine Mi.* Magister contra communi salutandi formula שלום עליך *pax super Te Rabbi* discipulum alloquebatur. Similis disputatio est in negotio Testium, quam vide apud *Coccejum* in Notis ad *Maccot* Cap. 1. Ceterum duas Discipuli Magistrum salutandi formulas ita conciliat Maimonides, ut priori שלום עליך רבי *pax sit super Te Rabbi*, Magistrum salutandum, posteriori vero שלום

שלום עליך רבי ומורי *Pax super Te Rabbi & Domine mi*, eundem resalutandum censeat. (a) ולא יתן שלום לרבי או יחזיר לו שלום כדרך שנותנין לריעים ומחזירין זה לזה אלא שוחה לפניו ואומר לו ביראה וכבוד שלום עליך רבי ואם נתן לו רבו שלום יחזיר לו שלום עליך רבי ומורי *Ne Salutet* (discipulus) *Magistrum aut re salutet eum secundum communem consuetudinem, qua salutat ac resalutat alter alterum, sed humiliet se coram ipso, ac cum timore ac honore alloquatur eum* שלום עליך רבי, *& resalutet eum* שלום עליך רבי ומורי. Confer *Matth.* 26. 49. & *Joh.* 21. 26.

(a) *Hilc. Talmud. Tora Cap.* 5. 5.

CAPUT III.

א כל הנשבע שבועה מארבע מיני שבועות אלו [1] באונס הרי זה פטור מכלום ואחד הנשבע מתחלתו באונס כמו שבארנו או שנשבע ונאנס ולא הניחוהו לקיים שבועתו או שהשביעו אנס' לפיכך נשבעין לחרמין [2] ולהורגין [3] ולמוכסין:

§. 1. Quicunque unum jusjurandum ex quatuor illis speciebus coactè jurat, ad nihil tenetur, sive ab initio coactè juraverit; aut si juraverit, & postea eum cogunt nec sinunt jusjurandum servare; aut si adjuraverint eum coactè. Ideò qui jurant Raptoribus, Latronibus, & publicanis *(liberi sunt.)*

ב באי זה מוכס אמרו במוכס העומד מאליו שלוקח ממון שלא ברשות מלך המדינה או שלוקח

§. 2. De quo publicano hoc intelligendum est? De eo qui se ipsum constituit, quique exigit pecuniam non

 ex

ברשות המלך אבל מוסיף לעצמו על הדבר הקצוב כמו שיתבאר בהלכות גולה:

ex auctoritate Regis provinciæ, aut, qui quidem jussu Regis postulat, verum proprio motu, supra id quod constitutum est exigit, sicut explicuimus in *Hilc. Gesela*.

ג וצריך הנשבע באונס להיות כונתו בלבו בעת השבועה לדבר הפוטרו· ואף על פי שהדברים אלו שבלב אינן דברים· הואיל ואינו יכול להוציא בשפתיו מפני האנס· הרי זה סומך על דברים שבלבו:

§. 3. Necesse est, ut qui coactè jurat, tempore jurisjurandi in corde suo verba cogitet, quæ ipsum liberent; Et quamvis verba, quæ in corde latent, non sint verba, attamen, quia ea non proferre potest propter coactorem, nititur verbis illis, quæ in corde habet.

ד כיצד כגון שנשבע לאנס שלא יאכל בשר סתם· ובלבו שלא יאכל היום או שלא יאכל בשר חזיר הרי זה מותר וכן כל[4] כיוצא בזה:

§. 4. Ex. gr. qui coactori jurat, se non comesturum carnem absolutè, in corde autem cogitat, se non comesturum hodie aut se non comesturum carnem suillam, ille profectò impunis est. *Et sic similia*.

ה וכן שבועת[5] הבאי ושל שגגות פטור עליהן· שבועת של הבאי כיצד כגון שראה חיילות גדולג'

§. 5. Sic etiam nemo tenetur ob jusjurandum *Hyperbolicum* & *ignorantiæ*. Jusjurandum *Hyperbolicum*

וחומה גבוהה ונשבע שראיתי חיל פלוני המלך והם כיוצאי מצרים· ושראיתי חומת עיר פלוני גבוהה עד לרקיע וכיוצא בדברים אלו שזה לא גמר בלבו שהדבר כך בלא פחות ולא יותר ולא נתכוון אלא לספר את גובה החומה או רוב העם:

ו שבועה של שגגות כיצד· אם שבועת העדות או הפקדון היא כגון ששגג בפקדון ובעדות שהוא פטור מכלום כמו שבארנו. ואם שבועת שוא היא כגון שנשבע שלא ילבש תפילין ולא ידע שהתפילין מצוה· ואם שבועת שקר היא כגון שנשבע שלא אכל

cum quomodo? ex. gr. Qui vidit exercitum magnum, & altum murum, atque jurat, se vidisse exercitum alicujus regis, instar eorum qui ex Ægypto egressi sunt. Aut se vidisse murum alicujus urbis altum ad cœlum usque, & his similia. Is enim non credit in corde suo, quod res ita sit, non plus minusve, neque aliud quid intendit, quam ut exprimat muri alicujus altitudinem, aut populi cujusdam multitudinem.

§. 6. Jusjurandum *ignorantiæ* quomodo? Si jusjurandum fuerit *Testimonii*, aut *Depositi*, ex. gr. si ignoret Depositum aut Testimonium. Talis ab omni re liber est, sicuti diximus. Si verò sit jusjurandum *vanum*, ex. gr. qui jurat, quod nolit apponere phylacteria, ignarus, ea præcepta esse. Si autem sit jusjurandum *falsum*, ex. gr. qui jurat se non comedisse, & postea meminit, quod comederit,

ונזכר שאכל· או שנשבע שלא יאכל ושכח ואכל· או שלא תהנה אשתו לו מפני שגנבה כיסו או שהכתה את בנו ונודע שלא גנבה ושלא הכתה וכן כל כיוצא בזה:

aut qui jurat se nolle comedere, oblitus autem jurisjurandi edat; aut uxorem suam nullam a se utilitatem percepturam esse, quod abstulerit sibi marsupium, aut percusserit filium suum, postea verò cognoscit, quod non abstulerit nec percusserit filium. *Et his similia.*

ז אם כן אי זהו שגגת שבועת בטוי שחייבין עליה קרבן עולה ויורד לשעבר· כגון שנשבע שלא אכל והוא יודע שאכל· וששבועת שקר זו שנשבע אסורה אבל לא ידע שחייבין עליה קרבן· זו היא השגגה שחייבין עליה קרבן עולה ויורד בשבועת בטוי לשעבר:

§. 7. Si hoc ita se habeat, quid est ignorantia jurisjurandi promissorii, ob quam tenetur quis ad sacrificium *majus* vel *minus* de *præterito*? ex. gr. qui jurat se non comedisse, cognoscat autem quod comederit, aut jusjurandum illud falsum quod juravit, prohibitum esse, ignoret autem, se propterea teneri ad sacrificium. Hæc est ignorantia propter quam tenentur ad oblationem *majorem* vel *minorem* in jurejurando de *præterito*.

ח וכיצד היא השגגה שחייבין עליה קרבן להבא· כגון שנשבע שלא יאכל

§. 8. Quomodo se habet ignorantia quæ obligat ad oblationem propter id quod futu-

פת חטים ושגג ודמה שנשבע שיאכל פת חטים ויאכלה שזה נעלמה ממנו השבועה היאך היתה· והרי הוא זוכר את החפץ שנשבע עליו זו היא שגגת שבועת ביטוי להבא שחייבין עליה קרבן:

futurum est? ex. gr. Si quis juret se non comesturum panem triticeum, obliviscatur autem illius & existimet, se jurasse quod velit edere panem triticeum, atque comedat, quia eum latet, quomodo juravit. Si recordetur quis rei in quam juravit, hæc est ignorantia jurisjurandi promissorii *de Futuro*, propter quod obligantur ad sacrificium.

ט אבל אם נשבע שלא יאכל פת חטים ואכל פת חטים על דעת שהוא פת שעורים הרי זה אנוס ופטור· שהרי לא נעלמה ממנו שבועה ולא נעלם ממנו אלא חפץ שנשבע עליו:

§. 9. Sed si quis jurat, se non comesturum panem triticeum, comedit autem panem triticeum, ea opinione, se comedere panem hordeaceum, profectò talis est coactus & liber, quia non latuit eum jusjurandum neque ignoravit, nisi rem in quam juravit.

י נעלמה ממנו שבועה היאך היתה· ונעלם ממנו חפץ שנשבע עליו הרי זה פטור מן הקרבן· כיצד כגון שנשבע שלא לאכול פת חטים ודמה שנשבע

§. 10. Si quem jusjurandum latuerit quomodo illud præstitum, & latuerit quoque res in quam juravit, liber est ab oblatione. Quomodo? ex. gr. qui juravit se non comesturum pa-

שיאכל פת חטים ואכל פת חטים על דעת שהוא פת שעורים שהרי העלם שבועה וחפץ בידו הרי זה כאנוס ופטור:

panem triticeum, & existimat, quod juraverit se comesturum panem triticeum, atque comedit panem triticeum ea opinione, quod sit panis hordeaceus, profecto sic ignoratur jusjurandum & res; talis habetur tanquam coactus & liber.

יא נשבע על ככר שלא יאכלנו ונצטער עליו ואכלו מפני הצער והוא שוגג שהרי דמה שמותר לו לאכלו מפני הצער הרי זה פטור מן הקרבן לפי שאינו שב מידיעתו אלא ידע שאסורה הוא ואכלה בטעות:

§. 11. Qui juravit se non comesturum esse quoddam frustum, & cum dolore afficiatur, edit illud propter angorem, estque ignarus quod putet liberum esse id edere propter angorem; ille liber est ab oblatione, quia non recessit ab scientia sua, sed scit illud prohibitum esse, edit autem in errore.

ANNOTATIONES.

(1) Rectè omninò sentit Auctor; Nam ad omne jusjurandum quod validum esse debet, consensus requiritur, sive ut qui jurat, atque is cui juratur idem intelligant, ac velint. Unde nec is, qui in errorem inductus, aut dolo deceptus, nec qui metu adactus juravit, obligatur; quia priores non idem intellexerunt, & posterior propter metum non liberè voluit. (a) Hinc judicium fiat, quid de jurejurando, quo Josua (b) Gibeonitis vitæ securita-

(a) *Vid.* Grotius *I.B. & P. lib.* II. *cap.* 13. §. 2.

(b) *Vid.* Jos. *Cap.* IX.

tatem atque Societatem promiserat, sentiendum sit. Sunt qui existimant, id propterea nullum fuisse, quia contra præceptum divinum *Deut.* 20: 16. 17. 18. quo Deus omnes Cananæos populos occidere jubet, præstitum fuerit. Quæ ratio valida esset, si præceptum illud adeo strictè sumi deberet. Omne enim jusjurandum contra jussum divinum præstitum, ipso jure nullum esse, jam supra ostendimus *p.* 13. Verum cùm mihi videatur illud mandatum ex *versu* 18, restrictionem admittere, propterea Josuam ex suo jurejurando non obligatum fuisse existimo, quia Gibeonitæ dolo eum circumvenerant. Ea de causa Josua illam gentem servituti addixit, contra quàm promiserat, ac in Socios licebat.

[2] חרמין per eos intelligit *Bartenora* ad *Nedarim* Cap. 3. §. 4. גזלנים שאינן הורגים *raptores, qui non occidunt.* Ita etiam *Raschi* interpretatur ad eundem locum. חרמין שהוא לסטים בעלמא שאינו הורג׃ *Cheremin* i. e. *latro vulgaris, qui non occidit.*

[3] הורגים *Latronibus.* Ratio, cur jusjurandum latronibus præstitum non obliget, ex iis quæ No. 1. dicta sunt, apparet; Metus nempe injustus, quo tale jusjurandum fuit extortum, meritò latroni opponi potest. Nec dicerem cum *Grotio* (a) *Etsi latro nullum jus consequatur, nihilominus standum jurijurando, quod Deo is qui juravit, obligetur.* (a) *d. l.* §. 14. Præterquam enim quod tali in casu homini solùm, nihil autem Deo promittatur, ex quo jus consequatur, ut rectè contra *Grotium* Puffendorffius ratiocinatur (b), absque contradictione illud affirmari non potest. (b) *de J. N. & G. lib. IV. Cap.* 2. §. 8. Idem enim scelus, quod Deus adeo detestatur, hoc modo compensaret, atque approbaret. Elegantia in hanc rem verba sunt Euripidis in *Tragœdia incerta*

οὐ γὰρ ἀσύνετον
Τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔξει, συνιέναι τοὺς κακῶς
Παγέντας ὅρκους καὶ κατηναγκασμένους
Συγγνώμονας τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖ
Ἐάν τις ὅρκοις θάνατον ἐκφεύγειν θέλη
Ἢ δεσμὸν, ἢ βίαια πολεμίων κακά.

Non caret sensu DEUS.
Ut scire nequeat, quod sacramentum dolo
Struatur, aut quod exprimat necessitas.
Speranda Deûm facilis indulgentia
Si quis periculum mortis, aut iram hostium
Aut dura vincula jurejurando effugere velit.

Interim non immeritò laudat *Cicero* Pomponium Tribunum lib. 3. de *Officiis*, quod terrore coactus jusjurandum servare voluerit: *Tantum*, inquiens, *temporibus illis jusjurandum valebat.* Nec magis quis obligabitur, si certam pecuniæ vim, ut vitam suam sartam tectamque conservet, latroni promiserit. Etsi enim eo casu pecuniam potius dare, quàm vitam perdere velit, sicque è duobus malis minus eligendo, *libere* quodammodo promittat, facultas tamen latroni deest promissum exigendi, adeo ut talis stipulatio ipso jure fiat nulla, nec necesse sit, ut *is, cui promittitur, promissum liberet*, sicuti *Grotius* vult (a). Neque etiam opus est, ut is, qui juravit, momentanea solutione defungatur, ita ut liceat ei statim vel per se, vel in subsidium vocato Magistratu, solutum recuperare, quæ nonnullorum cum Canonibus est inanis religiositas, cum perinde sit non solvere, & solutum confestim repetere (b). Quæ autem de latronibus dicta sunt, de hostibus non erunt intelligenda; iis enim Fides servanda, quia metus, quem illi incutiunt, non est injustus. Quare laudandi sunt meritò decem illi Romani, qui ab Hannibale jurejurando interposito Romam missi, ut de promutandis captivis agerent, atque re infecta redirent, nullis pollicitationibus vel execrationibus Suorum adigi potuerunt, ut vinculum fidei rupissent.

(a) *d. l. cap.* XI. §. 7. *n.* 2.

(b) *Vid. Puff. lib.* IV. *c.* 2. §. 8.

[4] ולמוכסין & *Publicanis.* Non de omnibus publicanis loquitur Auctor. Excipit enim (c) שפסקו המלך ואמר שיקח שליש או רביע או דבר קצוב והעמיד מוכס ישראל לגבות חלק זה למלך ונודע שאדם זה נאמן ואינו מוסיף כלום על מה שגזר המלך אינו בחזקת גזלן לפי שדין המלך דין הוא, *quem Rex constituit, jussitque accipere tertiam*

(c) *Hilc. Gesela cap.* 5.

tiam, aut quartam partem, aut fixum quid, sique is publicanus Israelita fuerit (observa hinc etiam judæos fuisse publicanos, de quo *Tertullianus* dubitat) *qui eam partem Regi exigat, atque homo fide dignus, qui nihil addat supra id quod à Rege constitutum est; Talis non præsumitur Raptor, quia jus Regis jus est.* Conveniunt hæc ex parte cum mandato *Johannis Luc.* 13. 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον, (*Hebraicè* על דבר קצוב) ὑμῖν πράσσετε, *ne quid facite supra id quod constitutum vobis est.* Qui verò raptoribus æquiparandi sint l. c. §. 5. sic recensentur במה דברים אומרים שהמוכס בלסטים בזמן שהמוכס כותי או מוכס עומד מאליו או מוכס העומד מחמת המלך ואין לו קצבה אלא לוקח שירצה ומניח מה שירצה: *Quibus casibus intelligendum, quod publicanus sit sicuti Latro?* (Resp.) *iis, si publicanus est gentilis, aut qui se ipsum constituit, aut talis, qui quidem à Rege constitutus est, sed cui fixum quid non est præscriptum, verum exigit quod vult, & dimittit quod vult.* Postremi generis erant publicani Romanorum, qui vectigalia incerta, qualia à mercibus *Portorii* nomine, aut ab iis, qui agros publicos colebant, *Decimarum* titulo, aliisque de causis in provinciis exigebantur, certa pecuniæ summa redemerant, atque dein vectigalibus pro lubitu impositis, provinciales emungebant; quod impunè facere poterant post tempora inprimis C. Gracchi, cum Equites, i. e. præcipui e populo lege judiciaria judices facti, simul Publicani essent. Qua de causa, utut maxima insolentia uterentur isti homines, nemo tamen absque periculo se iis opponere audebat, quod exemplo patet Rutilii, Quæstoris in Asia Minori, qui conspiratione publicanorum criminis Repetundarum falsò accusatus, in exilium abire coactus fuit (a) quod nequitiam ipsorum impedire vellet. Factum adeò, ut Provincialibus, Judæis præsertim publicanorum nomen admodum fuerit exosum, uti liquet ex *Matth.* 18: 17. & alibi passim. Non meliùs audivêre apud alias gentes. Xenon enim in *Epigrammatibus suis* πάντες τελῶνες ἅρπαγες *omnes*, inquit *publicani Raptores sunt.*

(a) *Vid. Valer. Maxim. lib.* 2. 10. 5.

[5] Eadem est votorum ratio נדרי אנסין ונדרי שגגות ונדרי הבאי הרי אלו מותרין כדרך שבארנו בשבועות *Vota coacta, vota ignorantiæ, & vota Hyperbolica sunt licita, quemadmodum diximus in Schebhuot*, sc. præsenti nostro loco.

[6] Paria tacitarum interpretationum exempla in commentario הגהות מימוניות habentur hæc; יהודים שמשביעים אותם השרים שלא לצאת מארצם יכולים לשבע סתם שלא יצאו ובלבם יחשבו היום ואפילו הוא מפרש שלא ילך כל ימי חייו יכול הוא לחשב כל ימי חייו אם לא יהא צורך *Judæi, quos adjurant Principes, ne egrediantur è suo territorio, poterunt jurare absolutè se nolle inde abire, in animo autem cogitare, HODIE* sc: *se non abituros esse, & quamvis aperte dixerint, se non abituros esse omnibus diebus vitæ suæ, tamen poterunt cogitare omnibus diebus vitæ, NISI OPUS HABEANT. Confer* cum his quæ suprà dicta sunt Cap. II. n. 8.

CAPUT IV.

א מי שנשבע שלא יאכל היום כלום ואכל פחות [1]מכזית פטור· שאין אכילה פחותה מכזית· והרי חוא כאוכל חצי שיעור [2]מנבלות [3]וטרפות וכיוצא בהן· ואם אמר שבועה שלא אוכל דבר זה ואכלו חייב· ואפילו היה הדבר שנשבע עליו זרע

§. 1. Qui jurat, se nihil quicquam hodie comesurum, edit verò minùs oliva, liber est, quia minus quàm oliva non est cibus, & talis similis est illi, qui dimidiam mensuram edit ex cadaveribus & discerptis, similibusque. Si dicat quis, non comedam rem istam, edit verò illam, reus est, etiamsi res in quam ju-

חרדל אחד או פחות ממנו :

juravit ſit inſtar grani ſinapis, aut illo minor.

ב נשבע שלא יטעום כלום ואכל כל שהוא חייב :

§. 2. Qui jurat, ſe nihil quicquam guſtaturum, & edit, quantumcunque illud ſit, reus eſt.

ג מי שנשבע שלא יאכל היום ושתה חייב שהשתייה[4] בכלל אכילה· לפיכך אם אכל ושתה אינו חייב אלא מלקות אחת אם היה מזיד או חטאת אחת אם היה שוגג :

§. 3. Qui jurat, ſe non comeſturum hodie, bibit verò, ille reus eſt, quia potus continetur, ſub cibo. Propterea ſi edat, & bibat ſemel flagellationi obnoxius eſt, ſi conſultò id fecerit, aut unum ſacrificium pro peccato offerre tenetur, ſi ex ignorantia factum fuerit.

ד נשבע שלא ישתה היום הרי זה מותר לאכול· שאין אכילה בכלל שתייה · וכמה ישתה ויהא חייב נראה לי שאינו חייב עד שישתה' רביעית כשאר האסורין :

§. 4. Qui jurat, ſe hodie nolle bibere, profectò ei liberum eſt edere, quia comeſtio non involvitur in potu. Qnantum vero bibat, ut reus fiat? Mihi videtur quod non reus ſit uſqui dum quartam partem biberit, ſicuti in ceteris prohibitis.

ה שבועה שלא אוכל היום ואכל מינין הרבה· או שבועה שלא אשתה היום ושתה מיני משקין

§. 5. Qui jurat ſe hodie edere nolle, & edit multas ſpecies, aut jusjurandum ſit, quod hodie nihil ſit biturus, bibit verò va-

הרבה אינו חייב אלא אחת · ואפילו אמר שבועה שלא אוכל היום בשר ופת [6]וקטנית ואכל הכל אינו חייב אלא אחת וכולן מצטרפין לכזית:

varias ſpecies liquorum, non tenetur niſi ſemel. Et quamvis dicat juro, me non comeſurum hodie carnem, aut panem & piſa, edit verò omnia, ille non tenetur niſi ſemel, & omnia conjunguntur in unum.

ו שבועה שלא אוכל ושלא אשתה ואכל ושתה חייב שתים שהשתייה בכלל אכילה · והואיל ופרט ואמר ושלא אשתה גלה דעתו שלא כלל השתייה בכלל האכילה ונמצא כנשבע על זה בפני עצמו ועל זה בפני עצמו ולפיכך חייב שתים:

§. 6. Qui jurat ſe nec bibiturum, neque eſurum, edit verò, & bibit, ille bis tenetur, quia potus quidem comprehenditur ſub cibo, aſt quia dicit, non comedam, nec bibam, aperit mentem ſuam, quod potum non comprehendat ſub cibo, & reputatur tanquam qui in unumquodque ſeparatim juravit, & bis tenetur.

ז וכן האומר שבועה שלא אוכל פת חטין ופת שעורין ופת כוסמין ואכלן חייב על כל אחת ואחת שלא אמר פת ופת ופת אלא לחלק ולחייב על כל אחת:

§. 7. Similiter qui jurat, ſe non comeſurum panem triticeum, & panem hordeaceum, & panem ſpeltæ, comedit verò ea, ille reus eſt ex unoquoque, quia non dicit, panem panem, panem, niſi ut diſtinguendo ea, reus ſit propter unumquodque.

§. 8.

ח היה חבירו [7]מסרב בו לאכול אצלו ואמר לו בא ושתה עמי יין וחלב ודבש: ואמר שבועה שאיני שותה יין וחלב ודבש ושתה מהן חייב על כל אחת ואחת בפני עצמו: שהיה לו לומר שבועה שאיני שותה כלום או מה שאמרת: ומשחזר ופרט גלה דעתו שחייב עצמו בשבועה על כל מין ומין בפני עצמו: לפיכך אין מצטרפין זה עם זה: ואינו חייב עד שיאכל כשיעור ממין אחד: הואיל והן חלוקין לחטאות הרי הן [8]כחלב [9]ודם [10]שאינן מצטרפין לכזית כמו שנתבאר בהלכות מאכלות אסורות:

§. 8. Si proximus ejus urgeat ipsum, ut secum edat, dicendo, veni, & bibe mecum Vinum, Lac, & Mel, ipse vero juret, quod non bibere velit, vinum, Lac, & Mel, bibat verò ex illis, reus est propter unum quodque seorsim. Quia dicere debuisset juro, me nihil quicquam bibiturum, aut ejus quod nominasti. Cum vero repetat, & partes exprimat; aperit mentem suam se propter jusjurandum in singulas species seorsim reum esse. Propterea non conjungunt unum cum alio. Neque tenetur usque dum mensuram comedat ex una specie; quia enim in peculiaria sacrificia pro peccato divisa sunt, profecto sunt instar Adipis & Sanguinis, quæ non conjungunt in unam Olivam, quemadmodum exposuimus in *Hilc. Maachalot Issurot* f. de *Cibis vetitis*.

ט שבועה שלא אוכל

§. 9. Juro, me non comesu-

ככר זו או שלא אוכל אותה כיון שאכל ממנה כזית חייב: שבועה שלא [11] אוכלנה אינו חייב עד שיאכל את כלה· אמר שבועה שלא אוכל ככר זו שבועה שלא אוכלנה ואכלה אינו חייב אלא אחת:

esurum hoc frustum, aut me illud non comesurum, quando instar olivæ ex illo comedit, reus est. Juro, me non comesurum illud, non tenetur, nisi totum comederit. Qui dicit juro, me non comesurum frustum hoc, item juro, quod non comedere velim illud, edit vero illud, non tenetur nisi semel.

י וכן אם אמר שבוע' שלא אוכל היום וחזר ונשבע על הככר שלא יאכלנה ואכלה כולה באותו היום אינו חייב אלא אחת וכן כל כיוצא בזה· [12] שאין שבועה חלה על שבועה· אבל אם נשבע על הככר שלא יאכלנה וחזר ונשבע שלא יאכל כלום· או שלא יאכל ככר זו ואכלה כולה חייב שתים· שבשעה שנשבע כתחילה שלא יאכלנה אינו חייב

§. 10. Qui dicit, juro, me hodie non comesurum, & repetit, juratque in frustum, quod comedere illud nolit, edit vero totum eodem die, non tenetur nisi semel, & sic in similibus. Quia jusjurandum non additur jurijurando. Si vero juret in frustum aliquod se non comesurum illud, atque rursus, quod nihil comedere velit; aut se non comesurum hoc frustum, edat vero totum, ille bis tenetur. Quia eo tempore cùm primo juraret, se illud non comesurum, non reus est nisi totum comederit.

Et

עד שיאכל כולה· וכשחזר ונשבע שלא יאכל או שלא יאכל אותה משיאכל ממנה כזית יתחייב וכשיאכל כולה יתחייב בשבועה ראשונה:

Et quia rursus juravit, quod edere nolit, aut quod illud edere nolit, quando instar olivæ ex eo comedit, tenetur, & quando integrum comedit tenetur propter jusjurandum prius.

יא שבועה שלא אוכל תאנים· וחזר ונשבע על התאנים. ועל הענבים חייב על התאנים שתים שהרי כלל התאנים שנאסרו בשבועה ראשונה עם הענבים שהיו מותרין· ומתוך שחלה שבועה שנייה על הענבי׳ חלה על התאנים ונתחייב בשתי שבועות כמו שבארנו בהלכות מאכלות אסורות:

§. 11. Qui jurat, se non comesturum ficus, atque iteratò jurat in ficus & uvas, tenetur propter ficus bis, quia ficus, quæ prohibitæ erant ex priori jurejurando, sub uvis comprehendit, quæ licitæ erant. Quia verò jusjurandum posterius cadit in uvas, etiam cadit in ficus, atque sic ob duplex jusjurandum reus est, quemadmodum explicuimus in Hilc. *Maacholot Issurot sive Ciborum Prohibitorum.*

יב שבועה שלא אוכל שמונה· שבועה שלא אוכל תשעה· שבועה שלא אוכל עשרה· בין שאכל שמונה בין שאכל תשעה בין שאכל עשרה אינו חייב אלא אחת:

§. 12. (*Qui sic dicit*) juro, me non comesturum octo; juro, me non comesturum *novem*; juro, me non comesturum *decem*, is, sive octo edat, sive novem edat, sive decem edat, non tenetur, nisi semel.

יג שבועה שלא אוכל עשרה׃ שבועה שלא אוכל תשעה׃ שבועה שלא אוכל שמונה׃ אם אכל עשרה חייב שלש׃ על שבועה ושבועה אחת׃ וכן אם אכל תשעה חייב שתים׃ אכל שמונ׳ חייב אחת׃

§. 13. (*Qui sic dicit*) juro, me nolle comedere *decem*; juro me non comesurum *novem*; juro me non comesurum *octo*; is, si comedat *decem*, tenetur ter, propter unum quodque jusjurandum semel. Similiter si *novem* comedat, reus est bis; si comedat, *octo*, tenetur semel.

יד שבועה שלא אוכל תאנים וחזר ונשבע שלא יאכל תאנים וענבי׳ כאחת׃ ושגג ואכל תאנים והפריש קרבן׃ ואחר כך שגג ואכל ענבים אינו חייב על הענבים מפני שהן כחצי שיעור ואין מביאין קרבן על חצי שיעור׃

§. 14. Qui jurat se non comesurum ficus, iterumque jurat, se non comesurum ficus & uvas conjunctim, atque oblitus comedit ficus, & sacrificium offert, postea verò insciùs comedit uvas, non est reus propter uvas, quia habentur pro dimidia mensura. Non autem adducitur sacrificium propter dimidiam mensuram.

טו וכן הנשבע שלא יאכל עשר׃ וחזר ונשבע שלא יאכל עשר ותשע ואכל עשר והפריש קרבן׃ וחזר ושגג ואכל תשע ה״ז כחצי שיעור׃

§. 15. Sic qui jurat, se non comesurum decem, rursusque jurat, se non comesurum novem, comedit verò decem, & novem, offertque sacrificium; postea oblitus comedit etiam novem, profectò id est sicut di-

ואין מביאין קרבן על חצי שעור׳ שענין שבועה אחרונה שלא יאכא תשע ועשר׃

יו שבועה שלא אוכל ככר זו הגדול׳ אם אוכל ככר זו הקטנה ושכח תנאי זה בעת שאכל הקטנה ואכל אחר כך הגדולה במזיד חייב׃

יז אכל את הקטנה והוא זוכר התנאי ויודע שבאכילתה תאסר הגדולה ושכח ואכל את הגדולה וכשדומה לו שעדיין לא נאסרה פטור׳ אכל שניהן בשגגה פטורי שתיהן במזיד בין שאכל הגדול׳ בתחלה או באחרונה חייב׃

יח וכן אם תלאן זו בזו ונשבע ואמר שבוע׳ שלא אוכל אחת מהם אם אכלתי האחרת

dimidia mensura; non autem adducitur sacrificium ob dimidiam mensuram, quia sensus posterioris jurisjurandi est, se non comesurum novem & decem.

§. 16. Qui jurat, se non comesurum frustum hoc magnum, si comederit frustum hoc parvum, atque oblitus conditionis hujus tempore, cum ederet parvum, postea etiam comedit magnum consultò, tenetur.

§. 17. Si comedat parvum, atque recordetur conditionis, sciatque, quod eō consumpto magnum ei vetitum sit, oblitus autem comedat etiam magnum, videaturque ei, quod postea non obligetur, immunis est. Si comedat utrumque ex ignorantia, immunis est; (qui comedit) utrumque *ex superbia*, sive comedat magnum prius, aut posterius, tenetur.

§. 18. Sic qui unum alteri alligat, atque dicit, juro, me non comesturum unum ex illis, si comedero alterum. Si obli-

ושכח [13] התנאי ואכל אחת מהן ואכל השנייה בזדון חייב:

tus conditionis unum ex illis edat, atque alterum consultò comedat, tenetur.

יט אכל הראשונ׳ בזדון והשני׳ בשגגה פטור שתיהן בזדון חייב:

§. 19. Si prius studio comedat, alterum autem ex ignorantia, immunis est. Utrumque consultò, tenetur.

כ שבועה שאוכל ככר זו היום ועבר היום ולא אכלה· בשוגג מביא קרבן עולה ויורד· במזיד אינו לוקה שהרי לא עשה [14] מעשה ואף על פי שעבר על שבועת שקר:

§. 20. Jusjurandum esto, se comesturum panem hunc hodie. Si peccet non comedendo eum *hodiè* ex ignorantia, adducit sacrifium *majus* & *minus*. Si autem consultò (peccaverit) non vapulat, quia non fecit *opus*, quamvis peccet jurejurando falso.

כא ומפני מה לוקה אם נשבע שאכל והוא לא אכל או שלא אכל והוא אכל ואף על פי שלא עשה מעשה· מפני שמעת שבועתו לשקר נשבע· אבל אם נשבע שיעשה והוא לא עשה אינה שבועת שקר משעת שבועה:

§. 21. Quare vapulat si juraverit se comedisse, non autem comedit, aut, se non comedisse, comedit verò, etiamsi non fecerit opus? Quia à tempore jurisjurandi falsò juravit. Verùm si quis juret, se hoc facturum, nec facit, non committit jusjurandum falsum à tempore jurisjurandi.

§. 22.

כב מי שאמר לחבירו שבועה לא אוכל לך או שבועה שאיני אוכל לך או שהיה מסרב בו לאכול אצלו והוא נמנע ונשבע ואמר שבועה שאוכל לך· וכן האומר לא שבועה לא אוכל לך כל אלו אסורין והרי נשבע שלא יאכל אצלו· ואם אמר כל הלשונות האלו ועבר ואכל אינו חייב אלא אחת:

§. 22. Qui dicit ſocio ſuo, *jusjurandum ſit, non comedam tecum*, aut *jusjurandum ſit, quod non comedam tecum*. Aut ſi quis urſerit eum, ut ſecum comedat, ipſe verò renuat, juretque, dicendo: *jusjurandum ſit, quod comeſturus ſim tecum*. Sic etiam, qui dicit *non eſto jusjurandum non comedam tecum*. Omnia hæc ſunt prohibentia, atque ita quis jurat, *ſe non comeſturum apud ipſum*. Si proferat omnes illas formulas, & tranſgrediatur, non reus ſit, niſi ſemel.

ANNOTATIONES.

[1] פחות מכזית *minus oliva*. Oliva eſt communis *Ciborum prohibitorum* menſura, cujus magnitudinis particulam ſi quis è cibis dictis comediſſet, Flagellationi obnoxius erat, teſte *Maimonide* (a) כל איסורי מאכלות שבתורה שיעורן בכזית בינוני בין למלקות בין לכרת בין למיתה בידי שמים וכבר בארנו שכל המחויינ כרת או מיתה בידי שמים על מאכל לוקה· *Omnium ciborum lege prohibitorum menſura eſt oliva mediocris, ſive ad flagellationem, ſive exciſionem, ſive mortem per manus cœli. Et diu explicuimus, quod omnis, qui obnoxius eſt exciſioni, aut morti per manus cœli, vapulet.* Qui minus oliva comederat, מכת מרדות, *verberibus contumaciæ* puniebatur, ut paulo poſt citata verba

(a) *Hilc. Maachalot Iſſurot Cap.* 14. 1.

ba habetur, אם אכל כל שהוא פחות מכשיעור מכין אותו מכות מרדות *qui minus oliva quantulum illud sit, comedit, vapulat verberibus contumaciæ.* Non tamen gravius puniebatur is, qui plus, quam qui instar olivæ tantum comederat de cibis vetitis, qua de re ibidem §. 7. sic dicitur האוכל אכילה גדולה מדבר אסור אין מחייבין אותו אכילה מלקות וכרת על כל כזית וכזית אלא חיוב אחת לכל אכילה *qui multum admodum cibi comedit ex re vetita, ille non reus fit propter singulas olivas* (quæ in illo cibo continentur) *sed unico reatu tenetur propter universum cibum.* Die Expiationis ad כותבת *Dactyli* magnitudinem, quæ minor erat olivâ, cibus sumptus æstimabatur. Rationem verò cur tunc minor fuerit mensura statuta *Bartenora* ad *joma* Cap. 8. 2. hanc reddit: ואף על גב דכל שעורי אכילה בכזית · היינו משום דכתיב בהו אכילה: אבל הכא דלא כתיב אלא אשר לא תעונה · גמירי דבבציר מכבותבת לא מיתבא דעתיה והוי מעונה *Quamvis omnes mensuræ comestionis sint instar olivæ, hoc fit, quia dicitur de iis* אכילה *comestio. Verum hoc loco, quia non scribitur nisi ANIMA QUÆ NON AFFLICTA FUERIT, traditione accepimus, minorem quantitatem quam Dactyli non decernendam esse, & hæc affligit.* Quod ad auctoritatem attinet harum constitutionum, fatetur auctor noster *Hilc. cit.* שיעור זה עם כל השיעורין הלכה למשה מסיני הם *Mensuram hanc* (sc. olivæ) *ut & ceteras omnes mensuras esse traditionem Mosis ex monte Sinai.*

[2] מנבלות de *cadaveribus.* De cadavere, seu carne animalis mortui non esse comedendum, docent Rabbini ex *Deut.* 14. 21. Intelligunt autem per נבלה cadavera animalium *purorum*, quæ mactare licitum fuisset, ac mactatione ritè peracta, comedere. Quod verò attinet ad cadavera animalium *impurorum*, quæ justè quamvis mactata fuissent non licebat comedere, eorum esus peculiari interdicto vetabatur. Neque animalia tantum intelligunt vel casu, vel

ma-

naturæ ductu mortua, sed & כל שלא נשחט כראוי זו מתה *omne quod non ritè erat mactatum CADAVERIS* nomine appellant. Præterea de *cadavere* quoque comedisse arguitur, qui עוף טהור חי *avem puram viventem* comedit. Tandem ob comestionem de *cadavere* reus habetur, qui ex abortu animalis puri comedit. Instar abortus autem reputant omne בהמה שנולדה עד ליל שמיני *jumentum* quod natum *ad noctem octavam*, seu quod nondum octo dies natum. Pœnam autem transgressori ponunt flagellationem. Qui plura cognoscere cupit, videat Maimonidis *Hilc. Maachalot. Issurot* Cap. 4: 1--6.

[3] טריפות *Discerptis*. Eorum esus *Exod.* 22. 30. prohibitur. Discerptum verò Maimonides ita describit: טריפה האמורה בתורה זו שטרפה אותה חית היער כגון ארי ונמר וכיוצא בהן *Discerptum, cujus mentio fit in lege, est, quod dilaceravit bestia sylvestris* ex. gr. *Leo, pardus, & similes*. Huc referunt quoque avem ab alia ave rapaci discerptam. Similiter החותך בשר מן החי מן הטהורים הרי אותו הבשר טריפה *qui detrahit carnem ex animali vivo puro, quia ista caro habetur* ut discerptum, ex hoc interdicto reus habetur. Plura videsis apud *Maimonidem* cit. loco & Cl. *Hottingerum* in *jure Hebræor. Lege* 79.

[4] זרע חרדל *granum sinapis*. Solent Rabbini rem minimam comparare cum זרע aut גרגיר החרדל cum *grano Sinapis*. Vide præter hunc locum & alia innumera, Hilc: *Maachalot Issurot* passim. Conjungit cum eo *Maimonides* quandoque שומשם *granum papaveris*. Sic in *Hilc. Ochelin*. Cap. 4: 1. ut homo comestione cibi immundi reddatur impurus, sufficere ait, כל שהן אפילו שומשם או חרדל *quantulumcunque, etiamsi semen papaveris aut Sinapis*. Morem istum loquendi Christus retinuit, qui *Regnum Cœlorum, Fidem* &c. κόκκῳ συνάπεως (Hebr. זרע החרדל) comparat, *Marc*. 4: 31. *Luc*. 17. 6.

[4] שתיה *bibitionem* comprehendi sub אכילה comestione inferunt ex *Deut*. 14: 23. ubi vox אָכַלְתָּ Musto & Oleo æque tribuitur, ac Decimis comedendis.

(a) Vid. Hilc. Kele Hammikdasch Cap. 1: 16.

[5] רביעית. Septem fuiſſe menſuras liquidorum *Maimonides* refert (a) הין וחצי ההין ושלישית ההין ורביעית ההין לוג וחצי לוג ורביעית *Hin, dimidium Hin, tertia pars Hin, & quarta pars Hin. Logus, dimidium logi, & quarta pars*, Quorum uſum in ſanctuario vide apud eundem l. c. Hoc loco intelligitur quarta pars Logi, tanquam communis liquorum *prohibitorum* menſura. Ita ſacerdos, qui Sanctuarium ingreſſurus, vino ſub pœna mortis (בידי שמים θεηλάτε, ut Judæi volunt) abſtinere jubetur *Lev.* 10: 9. tum demum reus habebatur, אם ישתה רביעית לוג שהוא ביצה וחצי וששתה יין חי בבת אחת *Si bibiſſet quartam partem logi, quæ continet ovum cum dimidio, ſique merum illud una vice bibiſſet.* Videantur ea de re *Maimonidis Hilc. Biat Hammikdaſch* Cap. 1. & Hotting. J. Hebr. leg. 158.

(b) *Vid. Hilc: Kilain. Cap.* 1. §. 8.

(6) Editio Veneta habet פת קטנית, quam lectionem puto rectiorem eſſe, quia פת vix abſolutè poſitum reperies. Vox קטנית autem generalis eſt, definiente *Maimonide* (a) ſub ſe complectens כל זרעים הנאכל לאדם חוץ מן התבואה: כגון הפול והאפונים והעצדשים והדוחן והאורז והשומשין והפרגין והספיר וכיוצא כהן *Omnia ſemina, quæ comeduntur ab hominibus exeepto proventu, ex. gr. Fabæ, piſa, lentes, milium, oryza, papaver, ſeſamum & cicercula ſimiliaque.*

[7] היה חבירו מסרב בו *ſi urgeat eum proximus ejus.* Ita reddidi, aliter, qvàm ſignificatio vocis מסרב exigit. Legendum enim exiſtimo מסרהב à rad. סרהב *urſit*, ex *Tr. Schebhuot.* fol. 23, unde hæc verba deſumta ſunt. Id niſi obſervetur, ſenſus difficilis redditur.

(c) *Hilc. Maachalot Iſſurot Cap.* 7: 2.

[8] חלב *Adeps* trium beſtiarum, bovis, agni, & capræ à Judæis inter cibos *prohibitos* nnmeratur ex *Lev.* 7. 23: Excipiunt tamen adipem Embryonis in uno iſtorum animalium reperti, teſte *Maimonide* (c) השוחט בהמה ומצא בו שליל כל חלבו מותר ואפילו מצאו חי ואם שלמו לו חדשיו ומצאו חי אף על פי שלא הפריס על הקרקע ואינו צריך שחיטה חלבו איסור וחייבין עליו כרת *Qui mactat jumentum & invenit in eo Embryonem, ejus adeps omnis eſt licitus*

tus, etsi vivum jam reperiant. Si autem absolutis mensibus (novem intellige, unde vocatur בן תשעה *Fœtus novem mensium*) *reperiant vivum, quamvis ungulis fissis non possit gradi in terra, neque mactatione opus sit, ejus adeps est vetitus, & rei fiunt excidii.* Deinde non omnem adipem istorum animalium interdictum volunt, sed hunc triplicem solum, חלב שעל הקרב *adipem, qui tegit intestina;* חלב שעל שתי כליות *adipem qui adhæret duobus renibus*, oppositè ad eum, qui בתוך כליות *intra renes*, & licitus est. חלב שעל הכסלים, *adipem* denique, *qui tegit ilia*, diversum rursus ab eo, qui בתוך כסלים *intra ilia.* Plura de hac re Videsis apud *Maimonidem* cit. loc. & Hotting. in citato libro L. 147.

[9] Sanguis quoque in numero est מאכלות איסורות *ciborum prohibitorum Lev.* 7:26. de quo præcipuæ Rabbinorum constitutiones secundum *Maimonidem* (a) sunt istæ: Volunt (1) Sanguinem trium tantummodo animalium, jumenti, bestiæ, & avis, quorum primum & ultimum l. c. exprimantur, medium verò בכלל בהמה *sub jumento* intelligatur ex *Deut.* 14:4, sub Excidii pœna interdictum esse. (2) Non omnis istorum animalium sanguis intelligitur ab illis, verum היוצא בשעת שחיטה ונחירה או התזת הראש כל זמן שיש בו אדמומית *is qui effluit tempore mactationis, & narium discissionis, aut capitis amputationis, quamdiu rubedo in eo est conspicua.* Item sanguis, הכנוס בתוך הלב והקזה כל זמן שהוא מקלח ויוצא *qui in corde collectus est, & venæsectionis, omni tempore, quando ebullit, & fluit*, oppositè ad eum, qui ab initio & in fine lentè stillat. In istis sanguinis speciebus animam effluere putant. (3) Reliquum illorum animalium sanguinem, puta, התמצית ודם האברין *expressionis, & membrorum*, renum, lienis &c. ad pœnam *Flagellationis* obligare docent. (4) Sanguinem piscium, locustarum, similiumque animalculorum *mundorum* licitum dicunt, *immundorum* verò pœnæ obnoxium reddere. (5) Quod ad sanguinem attinet humanum, de eo nihil volunt lege divina, sed Rabbinorum auctoritate

(a) *Hilc. cit.* Cap. 6.

ſub pœna מכות מרדות *verberum contumaciæ* cautum eſſe. Rationes verò, quas præbent, interdicti de ſanguine animalium, Phyſicas atque Ethicas. Vide apud *Hotting. cit. lib.* lege 158. Caprinus inprimis atque Taurinus Sanguis adeo noxia ſunt, ut *Livius Druſus*, *Midas* Phrygiæ Rex, & *Themiſtocles* taurino ſanguine hauſto obiiſſe dicantur. Alia tamen eſt ratio Theologica, quam vide apud *Mommam* in *OEcon. Patriarch.* T. 1. lib. 2. cap. 11. §. 82. In Alcorano Cap. 4. quod inſcribitur سورة المايدة *Surata* de *Menſa, cibis inſtructa*, ſanguis non ſolum, ſed & alii apud Judæos cibi prohibiti, Muhammedanis quoque, interdicuntur: حرمت عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل لغير الله به والمنخنقة والموقوذة والمتردية والنطيحة وما اكل السبع id eſt: *Prohibita ſunt vobis morticinum, & ſanguis, & caro porcina, & quod idolo Sacrificatum eſt, & ſuffocatum & combuſtum, & projectitium, & cornu percuſſum, & à beſtiis occiſum.* Apud gentes alias ſanguis tam humanus quam brutorum non æque illicitus fuit. De Sarmatis traditur, eos apertis equorum venis vitam ſuam toleraſſe, quorſum *Martialis* reſpicere videtur *de Spect.* Epig. 3.

Venit & epoto Sarmata paſtus equo.

Nihil etiam notius eſt quam antiquos populos arctiſſima fœdera ſanxiſſe hauſto humano ſanguine, quod de Armeniis, Iberiſque teſtatur *Tacit.* A. XII: 47. *Mos eſt*, inquiens, *quotiens in Societatem coeunt implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire nodoſque præſtringere: mox ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt, id foedus, arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Poſteriores tamen atque ſaniores gentes hac crudelitate abſtinuiſſe, non obſcurè colligitur ex *Cæcilii* verbis apud *Minucium Felicem*, qui de Chriſtianis, ſed falsò referens, eos infantes comedere, deteſtatione quadam, *hujus* inquit, *PROH NEFAS! ſitienter ſanguinem lambunt.* Ceterum an interdictum de ſanguine animalium non comedendo ad omnis ætatis homines, Chriſtianos æquè ac Judæos

dæos spectet, quod illud Noacho dudum fuerit datum, *Gen.* 9. ab Apostolis repetitum *Act.* 15. in Conciliis, Trullano inprimis confirmatum? quæstio est Theologica. Juxta hodiernos Græcos id verè credidisse veteres Christianos ex eo clarum est, quod *Biblis*, apud Euseb. Hist. Eccles. lib. 1. cap. 1. cum tormentis urgeretnr, ut Christianos humanis carnibus vesci proderet, respondet: *πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν. Quomodo pueros comederent, quibus ne irrationabilium pecudum sanguine vesci licet?* Vid. hanc in rem Cl. *Heideg.* de *Lege Cibaria* ad *Curcellæum.*

[10] De cibis prohibitis in unam olivam conjungendis *Maimonides* (b) duas jubet observare regulas quarum, altera est: כל איסורין שבתורה אין מצטרפין זה עם זה חוץ מאיסור הנזיר *omnes cibi lege prohibiti non conjunguntur invicem, exceptis prohibitis Naziræorum.* Hinc subjungit *parum adipis, parum sanguinis, parum jumenti impuri, parum carnis è cadavere* &c. etsi conjuncta olivæ quantitatem æquent, flagellatione non puniri. Altera regula hæc est זה הכלל כל שאיסורין בלאו אחד מצטרפין בשני לאוין אין מצטרפין חוץ מנבלה וטרפה הואיל והטרפא תחלת נבלה היא *Hoc est generale, omnia quæ sunt prohibita uno interdicto, ea conjunguntur, quæ verò duobus, non conjunguntur, excepto cadavere, & discerpto, quia discerptum est initium cadaveris.*

(b) Vid. *Hilc. Maachalot Issurot.* cap. 4. §. 16, 17.

[11] De differentia inter formulas אוכלנה אוכל & אוכל אותו ככר זו in Tr. *Schebhuot*, fol. 26: 2. unde hic paragr. desumptus est, prolixa habetur disputatio, quam referre tædiosum foret, & parum proficuum.

[12] Idem canon sic exprimitur in Tr. *Nedarim Cap.* 2. §. 3. אין שבועה בתוך שבועה *non continetur juramentum in juramento.* Sensus verò est, Etiamsi centies repetatur idem jusjurandum, perjurum tamen reputari ac si semel tantum jurasset, aliter quàm in votis obtinet. In his enim quoties Voti formula repetitur, toties peculiare votum cen-

ſetur factum fuiſſe. Ex. gr. qui ſimpliciter vovit נזיר אם אוכל *Naziræus ero, ſi comedero*, is toties 30. dies ad Naziræatum tenetur, quoties eam formulam repetierit. confer. p. 63.

[13] Verba hæc, התנאי ואכל אחרת מהן quorum defectus in Editione Veneta non parum turbat ſenſum, in Editione Amſtelædamenſi reſtituta ſunt.

[14] Inter alia interdicta, quorum violatores flagellationi obnoxii ſunt, recenſetur etiam illud, שיש בו מעשה *in quo eſt opus.* ſ. actus aliquis. Hinc excipiunt, כל לאו שאין בו מעשה אין לוקין עליו חוץ מנשבע ומקלל את חבירו בשם. *omne interdictum, in quo non eſt actus, ſuper illo non flagellant, excepto pejerante, & devovente proximum ſuum in Nomine.* Exempla utriuſque interdicti vid. ſupra p. 7. & *in Hilc. Sanhedrin.* Cap. 18. §. 1.

CAPUT V.

א מי שנשבע שזרק איש פלוני צרור לים והוא לא זרק. או שלא זרק והוא זרק: הרי זה חייב בשבועת בטוי: ואף על פי שאינו בלהבא שהרי אינו יכול להשבע שיזרוק ושלא יזרוק איש פלוני. וכל מי שנשבע על אחרים שיעשו כך וכך או לא יעשו אפילו היו בניו או אשתו אינו חייב בשבועת בטוי. שהרי אין בידו לא

§. 1. Qui jurat, quendam projeciſſe lapidem in mare, qui tamen non projecit; aut eum non projeciſſe, cùm projecerit; profecto ille tenetur propter *jusjurandum promiſſiorium*; quamvis non eſt de *Futuro*, quia profecto non poteſt jurare ut projiciat, ant ne projiciat quidam. Quicunque verò jurat in alios, ut hoc vel illud faciant, aut non faciant, quamvis filii ipſius fuerint, aut uxor, non tenetur propter jusjurandum promiſſiorium. Quia non eſt

לקיים ולא לבטל [1] ומכין אותו מכת מרדות שהרי אין בידו לקיים שבועה זו וימצא גורם לשבועת שוא:

in potestate ipsius efficere ut id præstetur, aut omittatur. Et Vapulat *plagis contumaciæ*, quia profecto non est in arbitrio ipsius servare jusjurandum, & reputatur commisisse *jusjurandum Vanum*.

ב ולמה אינו לוקה משום שבועת שוא שהרי אפשר לאותן אחרים שישמעו ממנו ותתקיים שבועתו ונמצא כשמתרים בו בעת שנשבע התראת [2] ספק שאין לוקין עליה אלא אם כן היה לאו שבו מפורש בתורה כמו שיתבאר [3] בהלכות סנהדרין ואין אותן אחרים נזקקין לקיים דברי זה הנשבע אלא אם כן ענו אמן כמו שבארנו:

§. 2. Quare autem non flagellatur propter jusjurandum vanum? quia profectò possibile est aliis, ut obsequantur ei, & jusjurandum impleant. Et habetur ac si admonuissent eum tempore jurisjurandi *admonitione dubia*, propter quam non flagellant, nisi fuerit præceptum negativum, quod explicatur in Lege, quemadmodum dictum est in *Hilcot. Sanhedrin.* Non tamen alii tenentur ut faciant secundum ejus verba, nisi dixerint *Amen*, ut explicuimus.

ג ואם קיימו דבריו הרי אלו משובחין שלא הרגילו להוציא שבועה לשוא:

§. 3. Si promissum ejus præstent, profecto laudandi sunt, quia sic non assuescunt producere *jusjurandum Vanum*.

ד במה דברים אמורים בשנשבע על דבר שאינו ברשותו· כגון שנשבע ראובן על שמעון שלא ילך בסחורה או שלא יאכל בשר וכיוצא בזה· אבל אם נשבע ראובן שלא יכנס שמעון בביתו ושלא יהנה מנכסיו ועבר שמעון ונכנס לביתו של ראובן ונהנה מנכסיו שלא מדעת ראובן ראובן פטור שהרי הוא אנוס ושמעון [4] חייב שעבר על דבר שאסור לו לעשותו שלא נשבע זה אלא על דבר שהוא ברשותו וכן כל כיוצא בזה:

§. 4. Quibus verbis hæc dicuntur? quando quis jurat in rem, quæ non eſt in poteſtate ipſius. Ex. gr. Si juret *Ruben* in *Simeonem*, ne exerceat negotia, aut ne comedat carnem, ſimiliaque. Verum ſi juret *Ruben* ne *Simeon* ædes ſuas ingrediatur, aut ne *Simeon* utilitatem capiat è ſuis rebus; *Simeon* verò transgrediatur atque intret ædes ipſius; ſi inſcio *Rubene* hoc fiat, *Ruben* eſt liber, quia profectò coactus eſt. Simeon autem tenetur propter rem, quam facere prohibetur, quia non juravit niſi in rem, quæ eſt in ipſius poteſtate, & ſic in ceteris.

ה שבועה שלא אוכל ואכל אוכלין שאינן ראויין לאכילה ושתה [5] משקין שאינן ראויין לשתייה פטור· אבל דברים

§. 5. *Eſto jusjurandum*, ſe non comeſurum, edat autem cibos, qui non apti ſunt ad edendum, aut bibat potus, qui non apti ſunt ad bibendum, liber eſt. Si comedat res Lege prohibitas, ex. gr. qui inſtar

האסורין מן התורה באכילה כגון שאכל כזית נבלות וטרפות שקצים ורמשים פטור משום שבועת בטוי שבועה שאוכל ואכל אוכלין שאינן ראויים לאכילה ושתה משקין שאינן ראויין לשתייה או שאכל נבלות וטרפות וכיוצא בהן פטור משבועת בטוי שהרי יצא ידי אכילה מאחר שהן חשובין אצלו אכילתן שמה אכילה:

instar olivæ comedit de cadaveribus aut discerptis, abominabilibus & reptilibus, immunis est à *jurejurando promissorio*: *Esto jusjurandum*, se comesturum, comedit verò cibos, qui inepti sunt ad escam, aut bibit potus ineptos ad potum, liber est ab jurejurando promissorio, quia profecto satisfecit comestioni, postquam reputavit apud se, cibum ipsorum vocari cibum.

ו שבועה שלא אכלתי והוא אכל דברים שאינן ראויין לאכילה אי נבלות וטריפות חייב שאכילתן שמה אכילה שכבר הן חשובין אצלו שהרי אכלן· אבל להבא שנשבע שלא יאכל ונקרה נקרה ואכלן אינה אכילה כמו שבארנו:

§. 6. *Esto jusjurandum*, se comedisse, comedit verò res, quæ sunt ineptæ ad comestionem, aut cadavera, aut discerpta, reus est, quia cibum ipsorum vocari cibum, dudum existimavit, quòd comederit ea. Verum de *Futuro*, si juret, se non comesurum, fortuito autem quid obveniat, atque comedat illud, non est comestio, quemadmodum diximus.

§. 7. *Esto*

ז שבועה שלא אוכל כל שהוא מנבלות וטרפית ואכל פחות מכזית חייב בשבועה שהרי אינו מושבע על חצי שיעור מהר סיני:

§. 7. *Esto jusjurandum*, se non comesurum de cadaveribus & discerptis quantumcunque illud sit, comedit verò minus oliva, tenetur propter jusjurandum, quia profecto non est adjuratus in dimidiam mensuram è monte Sinai.

ח שבועה שאוכל פחות מכזית נבלה וטרפה חייב בשבועת [ביטוי] . שבוע' שלא אוכל עפר וכיוצא בו מדברי' שאינן ראויין לאכילה אם אכל כזית חייב אכל פחות מכזית הרי זה ספק שמא יתחייב בכל שהו מבני שאין זה דרכו לאכילה כדי להצריכו שיעור:

§. 8. *Esto jusjurandum*, se comesturum minus oliva è cadavere & discerpto, tenetur propter jusjurandum promissorium. *Esto jusjurandum*, se non comesurum pulverem, & similia è rebus, quæ ineptæ sunt ad comedendum, si comedat instar olivæ, reus est, si comedat minus oliva, dubium est, forte enim reus est quantumcunque illud sit, quia non solet hoc comedi, ut opus sit mensura.

ט וכן הנשבע שלא לאכול חרצן ואכל ממנו פחות מכזית הרי זה ספק. היה הנשבע נזיר שהוא אסור [6] בחרצן בכזית ואכל ממנו פחות מכזית

§. 9. Ita qui jurat, se non comesurum nucleum acinorum, edit vero de illis minus oliva, profecto in eo dubium est; Si is, qui juravit, fuerit Naziræus, qui prohibetur nucleo acinorum usque

אינו חייב בשבועת ביטוי שהרי אין דעתו בשבועתו אלא על כל כזית שהוא מושבע עליו ואין שבועה חלה עליו׃ לפיכך אם פירש ואמר שבועה שלא אוכל חרצן אחד ואכלו חייב׃

usque ad Olivam, comedat vero de illis minus oliva, non tenetur ob jusjurandum promissorium, quia mens ipsius, cum juraret, de oliva cogitavit, in quam adjuratus est, & jusjuranrandum non cadit in eum. Quare si explicet se, dicendo: se non comesurum unum nucleum acinorum, atque comedat eum, reus est.

י שבועה שלא אוכל תמרים ונבלות וטרפות ואכל כזית נבילה או טרפה חייב אף משום שבועת ביטוי שהרי כלל דברים האסורין עם דברים המותרין. ומתוך שחלה שבועה על התמרים חלה על דברים האסורים כמו שבארנו׃

§. 10. *Esto jusjurandum*, se non comesurum dactylos, & cadavera & discerpta, comedit vero instar olivæ de cadavere & discerpto, tenetur etiam ob jusjurandum promissorium, quia conjungit res prohibitas cum licitis, & propterea, quia cadit jusjurandum in dactylos, cadit etiam in res prohibitas, quemadmodum diximus.

יא אבל אם נשבע שלא יאכל נבילה וטרפה וכיוצא בהן בין אכל בין לא אכל אין חיוב שבועה

§. 11. Verum si juraverit, se non comesurum de cadavere & discerpto similibusque, sive comedat, sive non comedat, nulla hinc obli-

כלל לא שבועת ביטוי ולא שבועת שוא:

gatio oritur ex jurejurando, neque jurejurando promissorio, neque jurejurando vano.

יב נשבע שיאכל נבילה וטריפה וכיוצא בהן מאסורי תורה הרי זה לוקה משום שבועת שוא בין אכל בין לא אכל:

§. 12. Qui jurat, se comesurum cadaver & discerptum, similiaque illorum, quæ lege sunt prohibita, profecto talis flagellatur propter jusjurandum *Vanum*, sive comedat, sive non comedat.

יג שבועה שאוכל ככר זו שבועה שלא אוכלנה השנייה שבועת שוא שהרי מצוה עליו לאכלה ולוקה על שבועה שנייה בין אכל בין לא אכל ואם לא אכלה חייב אף בשבועת בטוי:

§. 13. *Sit jusjurandum*, se comesurum hoc frustum; *sit jusjurandum*, se illud non comesurum, posterius est jusjurandum vanum, quia super eo præceptum est ad comedendum, atque flagellatur propter jusjurandum posterius, sive comedat, sive non comedat, sique non comedat, tenetur etiam ob jusjurandum promissorium.

יד שבועה שלא אוכל ככר זו שבועה שאוכלנ׳ השנייה שבועת שוא שהרי זו אסורה עליו לאכלה ולוקה על שבועה

§. 14. *Jusjurandum sit*, se con comesurum hoc frustum; *jusjurandum sit*, se illud comesurum, posterius est jusjurandum vanum, quia hoc vetitum ei ad comeden-

שנייה זו בין אכלה בין לא אכלה ואם אכלה לוקה אף משום שבועת ביטוי. וכן כל הנשבע לבטל את המצוה ולא בטל פטור משבועת בטוי ולוקה משום שבועת שוא ועושה המצוה שנשבע לבטלה:

edendum, atque flagellatur propter jusjurandum posterius, sive comedat, sive non comedat, sique comedat, etiam reus est jujusjurandi promissorii. Et eo modo, qui jurat, se violaturum præcepta, non autem violat, immunis est a jurejurando promissorio, flagellatur autem propter jusjurandum vanum, servatque præceptum, quod se violaturum juraverat.

טו כיצד כגון שנשבע שלא יעשה [7] סוכה ושלא ילבש [8] תפילין ושלא יתן [9] צדקה· וכן הנשבע לחבירו שלא אעיד לך עדות זו שאני יודעה או שלא אעיד לך אם אדע לך עדות הרי זה לוקה משום שבועת שוא מפני שהוא מצוה להעיד· וכן האומר לחבירו שבועה שלא אדע לך עדות הרי זו שבועת שוא שאין בידו שלא

§. 15. Quomodo? ex. gr. qui juravit se non structurum tentorium, neque phylacteria sibi appositurum esse, neque Eleemosynas daturum. Atque sic, qui jurat proximo suo, quod nolit ipsi testimonium præbere, quod scit, aut se nolle testari, si sciverit testimonium, profecto talis flagellatur ob *jusjurandum Vanum*, quia præceptum est testari. Similiter qui dicit proximo suo, juro, quod testimonium tibi nescire velim, profecto illud est

ידע לו עדות וכן כל ביוצא בזה:

יו נשבע לקיים את המצות ולא קיים פטור משום שבועת ביטוי כיצד כגון שנשבע שיעשה [10] לולב או סוכה או שיתן צדקה לעני או שיעיד לו אם ידע לו עדות ולא עשה ולא נתן ולא העיד הרי זה פטור משום שבועת ביטוי שאין שבועת ביטוי חלה אלא על [11] דברי הרשות שאם רצה עושה ואם לא רצה אינו עושה שנאמר להרע או להטיב: לפיכך כל הנשבע להרע לאחרים פטור משבועת ביטוי כגון שנשבע שיכה פלוני או יקללנו או יגזול ממונו או ימסרנו ביד אנס מפני שהוא מצורה

jusjurandum Vanum, quia non est in potestate ipsius ignorare velle testimonium, & sic in ceteris.

§. 16. Qui jurat se observaturum præcepta, neque observat ea, immunis est à jurejurando promissorio. Ex. gr. qui jurat se facturum *Lulabh* aut tentorium, aut se daturum pauperi Eleemosynam, aut se testimonium ei dicturum, si sciat illud, non autem facit, neque dat, neque testatur, immunis est à jurejurando promissorio, quia jusjurandum promissorium non cadit nisi in res arbitrii, quas, si velit quis, faciat, si non velit, non faciat, quia dictum est, *ad bene aut malefaciendum*. Quare qui jurat, se malefacturum aliis, liber est à jurejurando promissorio, ex. gr. qui jurat, se quendam percussurum, aut ignominia affecturum, aut ablaturum ejus opes, aut se traditurum eum in manus coactoris,

שלא לעשות ויראה לי שהוא לוקה משום שבועת שוא:

ctoris, quia præceptum est, ne faciat illud, & videtur mihi, talem flagellandum esse propter *jusjurandum vanum*.

יז נשבע להרע לעצמו כגון שנשבע שיחבול בעצמו אף על פי[12] שאינו רשאי שבועה חלה עליו· ואם לא הרע לעצמו חייב משום שבועת ביטוי· נשבע להטיב לאחרים הטובה שבידו לעשותה כגון[13] שידבר עליו לשלטון או יכבדנו שבועה חלה עליו. ואם עבר ולא עשה חייב משום שבועת ביטוי:

§. 17. Qui jurat se afflicturum se ipsum, ex. gr. qui jurat, quod se ipsum vulnerare velit, quamvis hoc non liceat, jusjurandum cadit in ipsum. Sique non male faciat sibi ipsi, reus est jurisjurandi promissorii: Qui jurat se aliis benefacturum, quantum, modo est in viribus ejus, ex. gr. quod intercedere velit pro aliquo apud Dominum, aut se honoraturum eum, tale jusjurandum cadit in ipsum. Si transgrediatur, nec faciat, reus est *jurisjurandi promissorii*.

יח נשבע שלא יאכל מצה שנה או שתים· הרי זה אסור לאכול מצה בלילי הפסח ואם אכל חייב משום שבועת ביטוי:

§. 18. Qui jurat, se non comesurum *azymos*, unum aut alterum annum, profecto is prohibetur azymos comedere *nocte* Paschatis, sique edat, reus est jurisjurandi promissorii. Neque

ואין זה שבועת שוא שהרי לא נשבע שלא יאכל מצה בלילי הפסח אלא כלל עתים שאכילת מצה בהם רשות עם עת שאכילתה בו מצוה ומתוך שחלה שבועה על שאר הימים חלה על ליל הפסח וכן כל כיוצא בזה: כגון שנשבע שלא ישב בצל סוכה לעולם או שלא יעלה עליו בגד שנה או שנתים:

illud est jusjurandum *Vanum*, quia non juravit, se non comesturnm azymos *nocte* Paschatis, sed conjungit tempora, quibus azymos comedere licet, cum eo tempore, quo eorum comestio est præcepta. Quia autem jusjurandum cadit in ceteros dies, etiam cadit in *noctem* Paschatis, & sic in similibus. Ex. gr. qui jurat, se nunquam habitaturum in umbra tentorii, aut se veste se non induturum unum aut alterum annum.

יט נשבע שהניח תפילין היום או לא הניח: שנתעטף בציצית או לא נתעטף הרי זה שבועת ביטוי לשעבר: שזה מגיד דבר שנעשה ולא נשבע על המצוה לא לקיימה ולא לבטלה:

§. 19. Qui jurat, se apposuisse sibi hodie *Tephillin*, aut se non apposuisse ea; se involutum fuisse in *zizit*, aut se non fuisse involutum, profecto illud est jusjurandum promissorium de *præterito*. Quia narrat rem, quæ facta est, nec jurat in præceptum, neque ad observandum illud, neque violandum.

§. 20.

כ נשבע שלא יישן שלשה ימים או שלא יאכל כלום שבעת ימים וכיוצא בזה שהי' שבועת שוא אין אומרין יעור זה עד שיצטער ויצום עד שיצטער ולא יהיה בו כח לסבול ואחר כך יאכל או יישן אלא מלקין אותו מיד משום שבועת שוא ויישן ויאכל בכל עת שירצה:

§. 20. Qui jurat, se non dormiturum tres dies, aut se nihil quicquam comesturum septem dies, & similia. Quia est jusjurandum *Vanum* non dicunt, vigilet usque dum mœrore afficiatur, & jejunet usque dum mœrore afficiatur, ut, cum non possit illud sufferre, postea edat, aut dormiat, verum flagellant eum statim propter *jusjurandum vanum*, & tunc dormiat atque edat omni tempore, quo libuerit.

כא נשבע שראה גמל פורח באויר אמרו לו היאך נשבעת לשוא ואמר עוף גדול ראיתי ומגדלו קראתיו גמל וכך היה בדעתי אין זה כלום שאין כל אדם קוראין גמל אלא לגמל ובטלה דעתו אצל כל אדם ולוקה וכן כל כיוצא בזה:

§. 21. Qui jurat, quod viderit camelum volitantem in aere. Ei dicunt, quare in vanum jurasti? si respondeat, avem magnam vidi, & propter magnitudinem ejus appellavi eum camelum, atque ita cogitavi in mente mea, id nihil est. Quia nullus homo vocat camelum, nisi camelum, & sic mentem ipsius quilibet homo refutat, & flagellatur, sicque in paribus.

כב דבר ידוע אצל
החכמים בעלי שכל ומדע
שהשמש [14] גדולה מן הארץ
מאה ושבעים פעמים נשבע
אחד מן העם שהשמש
גדולה מן הארץ אינו לוקה
משום שבועת שוא שאף
על פי שהדבר כן הוא
אין דבר זה גלוי וידוע
לכל העם אלא לגדולי
חחכמים בלבד ואינו
חייב אלא אם כן נשבע
על דבר שגלוי וידוע
לשלשה בני אדם משאר
העם כגון איש שהוא
איש ואבן שהוא אבן.
וכן אם נשבע שהשמש
קטנה מן הארץ אינו לוקה
ואף על פי שאין הדבר
כן מפני שאין זה ידוע לכל
אדם ואינו כמי שנשבע
על האיש שהוא אשה שהרי
לא נשבע אלא על ראיית
עיניו שהרי הוא רואה-

§. 22. Res nota eſt ſapientibus, Viris intelligentiæ & Scientiæ, quod ſol major ſit Terra centies Septuagies. Si ex plebe quis juret, quod ſol Terra ſit major, non flagellatur propter jusjurandum vanum, quamvis enim res ita ſeſe habeat, non tamem id omnibus hominibus apertum & cognitum eſt, ſed ſolum valde ſapientibus. Neque reus eſt, niſi res aperta & cognita ſit tribus hominibus è vulgo, ex. gr. quod Vir ſit Vir, Lapis ſit lapis. Ita ſi juret, ſolem Terra eſſe minorem, non flagellatur. Quamvis enim res ita non ſit, quia tamen hoc non eſt cognitum omnibus hominibus, neque eſt ac ſi juraſſet in virum, quod ſit fœmina, nam profecto non jurat niſi ad viſum oculorum ſuorum, quod videat eum eſſe minorem, & ſic in ſimilibus rebus ſupputationis, curſibus planetarum, & Gematricis,

אותה קטנה וכן כל כיוצא בזה מדברי חשבון תקופות מזלות וגמטריות וכיוצא בהן מדברי חכמה שאין נכרין אלא לאנשים אחדים׃

tricis, paribusque rebus scientiæ, quæ non sunt cognitæ, nisi hominibus quibusdam.

ANNOTATIONES.

[1] מכות מרדות *verbera contumaciæ* s. Fustigatio hæc differt ab מלקות *Flagellatione*, de qua supra egimus p. 7. (1) ratione *Loci.* Flagellatio enim in Terra Sancta solum locum habebat, Fustigatio verò extra illam, teste *Maimonide* (a) כל מלקיות שמלקין דייני חוצה לארץ בכל מקום אינה אלא מכות מרדות *Flagellationes omnes, quibus judices extra Terram Sanctam flagellant, non sunt nisi verbera contumaciæ.* (2) Ratione *auctoritatis* & התראה sive *admonitionis.* Flagellationi enim ex auctoritate legis obnoxii dicebantur illi, qui *admonitionem* in se receperant, Fustigatio autem à Rabbinis erat statuta, istis qui non receperunt *admonitionem*, testimonio ejusdem (b) כל אלו שלא קבלו עליהן התראה מכין אותם מכות מרדות הואיל וחטאו מכל מקום אפילו על איסור של דברי סופרים מכין אותו מכות מרדות׃ *Omnes illi qui non receperunt in sese admonitionem, eos fustigant plagis rebellionis, quia nihilominus peccant. Etiam super interdicto Rabbinorum, Vapulant plagis contumaciæ.* (3) Ratione *culpæ*, Flagellabantur enim qui *Præcepta negativa*, Fustigabantur verò, qui *affirmativa*, violaverant. (4) Ratione *modi.* Flagellatio enim loris, Fustigatio autem baculo fiebat. Illa certum

(a) *Hilc. Sanhedrin.* cap. 16. §. 3.

(b) *Hilc. cit.* cap. 18. §. 3.

tum plagarum numerum habebat constitutum, hæc pro arbitrio Judicum vel augebatur, vel minuebatur.

[2] Canon est in tr. *Maccot.* fol. 16. כל התראה ספק אין שמיה התראה *admonitio dubia, non vocatur admonitio.*

[3] Nullibi in *Hilc. Sanhedrin* dictæ rei expressa fit mentio, quare *Joseph. Karo* in *Caseph Mischne* existimat *Maimonidem* alludere ad verba *Capitis* 16. §. 4. עבר על לאו שניתק לעשה והתרו בו ואמרו לו אל תעשה דבר זה שאם תעשנה ולא תתקיים עשה שבו תלקה ועבר ולא קיים העשה הרי זה לוקה אף על פי שהתראה בספק היא שאם יקיים יפטר התראת ספק התראה היא *Qui violat interdictum, quod tendit* in præceptum aliquod *affirmativum,* si *eum monuerint, dicendo: ne facito illud, ipse interim perpetraverit factum, non autem observet præceptum affirmativum, quod in eo continetur, atque peccet, non faciendo mandatum, profectò is flagellatur. Quamvis enim hæc admonitio dubia sit, si observet, liber erit, & admonitio dubia, admonitio est.*

[4] Auctor *Turis*, quem adducit *Joseph. Karo*, existimat subintelligendum hîc esse *Simeonem* jusjurandum *Rubenis* voce *Amen* in se recepisse, quamvis enim voto בקונם alter alteri suis rebus interdicere possit, id tamen jurejurando non item fieri. Verba ejus sunt: אין אדם לאסור שלו אלא בקונם לפי שהוא חל עח הלפץ שאוס' אותו על חבירו בקונם אבל לא בלשון שבועה *non potest quis alicui interdicere rebus suis, nisi* בקונם *quia* (hoc votum) *manet super rebus, si proximus alteri interdicat* בקונם *non autem jurejurando.*

[5] Potus *inepti* non confundendi sunt cum *prohibitis.* Illi sua natura ad bibendum *inepti*, hi verò interdicto divino solum *illiciti* sunt. Posterioris generis erat יין שנתנסך לעבודה כוכבים ומזלות *Vinum quod fundebatur ad cul-*

tum

tum idolatricum. (a) Respicitur ad morem gentilium, qui merum solebant vel altaribus superfundere, ut ex *Suet.* in *Augusto* cap. 94. patet; vel *Thuri*, cujus rei *Ovid.* testis est *lib.* 13. *Metamorph.*

(a) *Vid. Maach. Issurot.* cap. XI: I.

Thure dato flammis vinoque in Thura perfuso.

[6] Tria, à quibus Nazirææo cavendum erat, auctor noster exponit in *Hilc. Nasir* cap. 5. Ea sunt: הטמארה והתגלחת והיוצא מן הגפן׃ בין פרי בין פסולת פרי. *Immundities, Tonsura,* & quod *è Vite provenit. Sive fructus, sive rejectitium fructûs.* Sub proventu vitis quid intellegendum sit, hoc modo paulo post explicat: היוצא מן הגפן כיצד׃ נזיר שאכל כזית מפרי שהוא ענבים לחים או יבשים או בוסר׃ או שאכל כזית מפסולת הפרי שהיא חזגין והם הקליפה החיצונה או החרצנים והם הזגין הפנימים שזורעים אותן הרי זה לוקה *Quomodo res se habet cum proventu vitis? si Nazireus instar Olivæ comedat de fructu, nempe uvis, seu recentibus, seu aridis, aut omphace, aut si instar Olivæ comedat de rejectitio fructûs, cujusmodi sunt* הזגים *quomodo vocatur exterior cutis, aut* חרצנים *quales sunt interiores vinacei, quos seminant, is flagellatur.* Confer. *Tr. Nasir.* cap. 6. §. 2.

[7] De Tabernaculorum præcepto, atque dissensu *Karræorum* & *Rabbinorum* circa eorundem structuram egimus supra p. 27. & 28.

[8] Phylacteria à Deo esse mandata inter Karræos non solum, & Rabbinos, verum & Christianos controvertitur. Videsis ea de re, quæ supra diximus p. 26.

[9] Eleemosynas dare inter præcipua officia habent judæi ex *Deut.* 15: 7. unde *Maimonides* (b) sic dicit כל הרואה עני מבקש והעלים עניו ממנו ולא נתן לו צדקה עבר בלא תעשה *Qui videt pauperem mendicantem, & oculos ab eo divertens, eleemosynam ei non dat, ille violat interdictum.*

(b) *Hilc. Mithnot. Ainim.* cap. 7.

ctum. Imò tantæ necessitatis illud officii genus erga pauperes reputabatur, ut, qui eleemosynam erogare detrectaret, sententia forensi, coerceri potuerit. Quod si nec ita officio suo faceret satis, pignus aufferebatur ex ejus bonis ad id quod oportebat, præstandum, qua de re l. c. sic dicitur: מי שאינו רוצה ליתן צדקה או שיתן מעט שראוי לו בית דין כופין אותו ומכין אותו מכות מרדות עד שיתן מה שאמרוהו ליתן ויורדין לנכנסיו ולוקחין ממנו מה שראוי ליתן וממשכנין על הצדקה *Qui detractaverit eleemosynas dare, aut qui dederit minus quam oportet, eum judices cogunt, & fustibus percutiunt contumaciæ, usque dum eroget, quantum æstimaverint, atque irruunt in bona ipsius, eoque præsente accipiunt pignus propter eleemosynam.* Quantum verò ראוי sive *oportuerit* dari, sequuntur regulam, quæ ex *Ketubhot* 50. 1. à *Bartenora* citatur ad *Peah*. cap. 1. המבזבז אל יבזבז יותר מחומש *qui erogat aliquid in pauperes è bonis suis, non eroget ultra quintam. Ulterius*, inquit, *Maimonides*, *neminem fuisse obligatum, nisi singulari quodam zelo aliquid extraordinarii voluerit in aliquem conferre.* Unde *Zachæus* singulare charitatis opus se fecisse putabat, quod non quintam solum, sed τὰ ἡμίση τ̃ ὑπαρχόντων *dimidium facultatum suarum pauperibus daret. Luc.* 19: 8. Alia ad hanc rem spectantia. Vid. apud *Maimon.* in *Cit. Hilc.* & qui sua hinc excerpsit, *Seldenum* de jure N. & G. lib. VI. cap. 6.

[10] לולב *Lulabh* est fasciculus ille, quem in manu tenentes Judæi singulis festi Tabernaculorum diebus *semel*, ultimo verò die *septies* altare circuibant. Hunc fasciculum *Rabbinorum* secta à Deo mandatum vult *Lev.* 23: 40. *Sumetis vobis die primo fructum arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum, & ramum ligni densarum frondium, & Salices de torrente, & lætabimini coram Domino.* In quo loco vocem ולקחתם *in manus sumetis* interpretantur. Verum rectius *Karræi* dictas arborum species ad Tabernaculorum structuram adhibendas esse contendunt. Videsis quæ ea de re suprà diximus p. 19.

[11]

[11] Aliter se rem in votis habere testimonio *Maimonidis* supra ostendimus p. 63. n. 1.

[12] Rectè omninò sentit doctissimus Judæus. *Natura* enim, ut Grotii (a) verbis utar, *homini suum est Vita non quidem ad perdendum, sed ad custodiendum, corpus, membra fama* &c. Imo ne membro quidem nos mutilandi jus habemus, nisi corpus conservandi gratiâ, teste eodem (b). Atque hæc sui membrorumque conservatio adeo omnibus brutis æquè ac hominibus innata est, ut *Seneca* Epist. 121. inter *prima naturæ* eam referat, *Primum*, inquiens, *Sibi ipsi conciliatur animal. Nullum animal ad Vitam prodit sine metu mortis, simul enim conciliatur saluti suæ quidque, & quæ juvant, illa petit: LÆSURA formidat.*

(a) *Vid. J.B. & P.* 11, 17. 2.
(b) *Cit. lib.* 11. 12. 21.

[13] Addit *Karo*, פשוט הוא *clarum* seu *æquum hoc est*. Rectè omninò. Tamdiu enim is, qui jurejurando aliquid pollicitus est, quod utilitatem alterius spectat, obligatur, quamdiu is, cui promissio facta, non remittit, uti *Grotius* inquit *libro*. 11. *cap*. 13. 18. quo in loco de casu, qualis à Maimonide hic proponitur, propriè sermo est. Imò tenetur qui nuda pollicitatione suam commendationem alteri sufficienti signo id est, seriò addixit, etsi ad fidem implendam jure naturæ cogi non possit, ut idem loquitur cap. XI. 3. qui locus itidem *Puffendorffii* (c) etiam judicio non commodius explicari potest, quam de pollicitationibus Virorum potentum, quibus alicui suam commendationem, intercessionem &c. spondent.

(c) *Vid.* J. N. & G. 111. 5. 6.

[14] Rectiùs philosophatus est Judæus noster quam *Lucretius*, qui solem & ceteras stellas, non majori, quàm nobis videntur, magnitudine esse credidit *lib*. 5.

Nec nimio Solis major rota, nec minor ardor
Esse potest, nostris quam sensibus esse videtur.

Et paulo post:

Quicquid id est, nihilo fertur majore figura
Quam, nostris oculis quam cernimus, esse videtur.

[15] Conveniunt hæc cum iis, quæ habentur in *Pirke Abhot* cap. 3. §. *ult.* הלכות תקופות וגמטריות פרפראות לחכמה id est, *Rationem Tekupharum* (revolutionem nempe Solstitiorum & Æquinoctiorum) *& Gematriarum nosse, deliciæ sunt ad sapientiam.*

CAPUT VI.

א מי שנשבע [1] שבועת ביטוי ונחם על שבועתו וראה שהוא מצטער אם קיים שבועה זו ונהפכה דעתו לדעת אחרת· או שנולד לו דבר שלא היה בדעתו בשעת השבועה וניחם בגללו הרי זה נשאל לחכם אחד או לשלשה [2] הדיוטות במקום שאין שם חכם ומתירין לו שבועתו· ויהיה מותר שלא לעשות דבר שנשבע לעשותו· או שלא לעשות דבר שנשבע לעשותו וזהו הנקרא היתר שבועות:

§. 1. Qui juraverit jusjurandum promissorium, si jurisjurandi eum pœniteat, videatque, se dolore affectum iri, si jusjurandum illud servet, mutetque mentem suam in aliam sententiam; vel aliquid contingat; quod in mente sua non habebat tempore jurisjurandi, unde pœniteat ipsum; Ecce rogat (ut absolvatur) Sapientem unum, aut tres è Vulgo, ubi non est sapiens. Ipsi solvant jusjurandum, posteaque licitè poterit facere rem, quam se non facturum juraverat, aut non facere, quod juraverat se facturum. Hoc est quod vocatur *Absolutio jurisjurandi.*

§. 2. Quod

ב ודבר זה [3] אין לו עיקר כלל בתורה שבכתב· אלא כך למדו ממשה רבינו מפי הקבלה שורת הכתוב לא יחל דברו שלא יחלל הוא בעצמו דרך קלות ראש בשאט נפש כענין שנאמר וחללת את שם אלהיך· אבל אם נחם וחזר בו חכם מתיר לו:

§. 2. Quod quidem in lege ſcripta nullum habet fundamentum, ſed id tantum traditione acceptum à Moſe Magiſtro noſtro didicimus. Quod enim ſcriptum eſt. (a) *Non profanabit verbum ſuum* &c. (ſic intelligendum eſt,) *Non profanabit IPSE*, levitate capitis, & animi contemptu. Quia dicitur, (b) *Non profanabis nomen Dei tui*. Sed ſi ipſum pœniteat, ut revocet, ſapiens eum abſolvere poteſt.

(a) *Num.* 30:3.

(b) *Lev.* 19:12.

ג ואין אדם יכול להתיר שבועת עצמו· ואין אדם רשאי להתיר שבועה או נדר במקום שיש גדול ממנו בחכמה ובמקום שיש בו רבו אסור לו להתיר אלא מדעת רבו:

§. 3. Non poteſt homo ſe ipſum liberare. Neque quis ſolvere poteſt jusjurandum aut votum in eo loco, ubi eſt ipſo ſapientior alius; Et ubi eſt Magiſter ejus, vetitum eſt ei ſolvere jusjurandum, niſi ex ſententia Magiſtri ſui.

ד וזה שנשבע הוא שיבא לפני החכם להתיר לו בין איש בין אשה: ואינו

§. 4. Qui juravit, ipſemet adeat ſapientem à quo abſolvatur, ſive ſit Vir, ſive Mulier. Non autem mittat

עושה שליח להשאל לו
על נדרו׃ והבעל נעשה
שליח לחרטת אשתו
ומתירין לה ובלבד שיהיו
השלשה מקובצים אבל
לא יקבץ אותן להתיר
לה לכתחלה׃ [4] ואינו נעשה
שליח להתיר נדר לאשתו׃

nuncium ad petendam solutionem Voti Sui. Maritus tamen potest esse nuncius pœnitentiæ uxoris, & absolutio ei datur, modo tres fuerint congregati. Verum ipsi non licet eos primò congregare ad absolvendam eam. Non potest autem nuncius constitui ad obtinendam absolutionem Voti uxoris suæ.

ה כיצד מתירין יבוא
הנשבע לחכם המובהק
או לשלשה הדיוטות אם
אין שם [5] מומחה׃ ואומר
אני נשבעתי על כך וכך
ונחמתי׃ ואילו הייתי יודע
שאני מצטער בדבר זה
עד כה או שאירע לי כך
וכך לא הייתי נשבע ואילו
היתה דעתי בעת השבועה
כמו עתה לא הייתי נשבע׃
והחכם או גדול השלשה
אומר לו וכבר נחמת׃ והוא
אומר לו הן׃ חוזר ואומר

§. 5. Quomodo absolvunt? Accedit qui juravit, ad illustrem sapientem, aut tres è vulgo si ibidem non sit alius probatus, dicitque, *Ego in illud vel illud juravi, & pœnitet me. Quod si ego scivissem, tanto me dolore affectum iri propterea, aut fore, ut tale quid contingat, non jurassem. & si ea fuisset mens mea quando juravi, qualis nunc est, non jurassem.* Tunc sapiens, aut præcipuus è tribus dicit ei: *Dudum ergo pœnitet te?* ipse respondet, *imo?* Dicunt illi: *Solutum Tibi sit*, vel *licet Tibi*, vel *venia datur*

לו שרוי לך או מותר לך
או מחול לך וכל כיוצא
בעניין זה בכל לשון: אבל
אם אמרו לו מופר לך או
נעקר' שבועתך וכל כיוצא
בענין זה לא אמרו כלום.
שאין [6] מיפר אלא הבעל
או האב אבל החכם אינו
אומר אלא לשון התרה
ומחילה:

datur Tibi, vel simile quid in quacunque lingua. Verum si dicant ei: *Irritum sit tibi*, aut *pro nullo habendum jusjurandum tuum* aliudque simile, nihil dicunt. Nemo enim irritum facit, nisi maritus, aut pater. Sapiens autem non potest uti nisi vocibus solutionis & remissionis.

ו הקרובים כשרים
להתיר נדרים ושבועות:
ומתירין בלילה ומעומד
שאין ההתר הזה [7] דין.
לפיכך נשאלין לשבועות
ולנדרים [8] בשבת אם היו
לצורך השבת: כגון שיתירו
לו שבועתו כדי שאכל
וישתה היום ואפילו היה
לו פנאי להתיר שבועתו
או נדרו [9] מערב שבת

§. 6. Propinqui idonei sunt ad solvendum votum & jusjurandum.. Noctu etiam absolvere possunt, & stando, quia hæc absolutio non est judicium. Quam ob rem peti potest solutio jurisjurandi & voti die Sabbathi, si id necessitas Sabbathi exigat. Ex. gr. quando absolvitur jusjurandum alicujus, ut comedat, & bibat die Sabbathi. Etiamsi otium fuerit solvendi jusjurandum aut votum vespera Sabbathi, ecce tamen absolvunt die

ה״ז מתיר בשבת הואיל
והוא [10] לצורך השבת:

ז ראובן שהשבע לשמעון
וענה אמן או קבל
השבועה ונחם שמעון על
שבועתו ונשאל עליה: אין
מתירין לו אלא [11] בפני
ראובן שהשביעו וכן אם
נשבע ראובן או נדר שלא
יהנה בשמעון או שלא
יהנה בו שמעון ונחם
ונשאל לחכם אין מתירין
לו אלא בפני שמעון שנדר
ממנו הנייה ואפילו היה
שמעון קטן או [12] גוי אין
מתירין לו אלא בפניו
כדי שידע הנידר שהתיר
זה נדרו או שבועתו
ולפיכך יהנה ממנו או
יהנה לו:

Sabbathi, quia propter Sabbathum hoc est necessarium.

§. 7. *Ruben* adjuravit *Simeonem*, & hic respondit *Amen*, aut jusjurandum acceptavit; Si pœniteat *Simeonem* jurisjurandi sui, & petat solutionem ejus, non absolvunt eum, nisi in præsentia *Rubenis*, qui ipsum adjuravit. Ita si juraverit *Ruben* vel voverit, se non percepturum utilitatem à *Simeone*, aut *Simeonem* à se non percepturum esse commodum, & pœniteat ipsum, consulatque sapientem, non absolvunt eum, nisi præsente *Simeone* circa cujus commodum votum fecit, & quamvis *Simeon* sit infans aut gentilis, non absolvunt illum nisi illo (*Simeone*,) præsente, ut sciat ille, de quo factum est votum, solutum esse jusjurandum, aut votum alterius, atque ex eo utilitatem se percipere posse, aut in illum conferre.

§. 8.

ח אחד הנשבע בינו לבין עצמו ואחד הנשבע ברבים. ואפילו נשבע בשם המיוחד בה' אלהי ישראל ונחם הרי זה נשאל על שבועתו ומתירין לו. נשבע על דעת רבים או שנדר על דעת רבים אין מתירין לו לעולם אלא לדבר מצוה:

§. 8. Sive juraverit privatim, sive juraverit inter plures, etiamsi juraverit per Nomen Deo proprium, *Dominum Deum Israëlis*, Si pœniteat ipsum, ecce petat Solutionem jurisjurandi sui & absolvant eum. Si quis verò juraverit ex sententia plurium, aut voverit ex sententia plurium, eum non absolvunt, nisi præcepti causa.

ט [13] כיצד נשבע ותלה שבועתו בדעת רבים שלא יהנה בפלוני לעולם והוצרכו בני אותה העיר ללמוד תורה או למי שימול את בניהם או שיזבח להם ולא נמצא אלא זה בלבד ה"ז נשאל לחכם או לג' הדיוטות ומתירין לו שבועתו ועושה להם מצות אלו ונוטל שכרו מאותן האנשים שנשבע שלא יהנה מהם:

§. 9. Quomodo? Si quis juraverit secundum plurium sententiam, se nunquam à quodam utilitatem percepturum esse. Si cives illius civitatis doctore legis, aut aliquo, qui circumcidat, liberos ipsorum, aut qui mactet, opus habeant, neque alius reperiatur præter hunc unum solum, ecce ille petat solutionem jurisjurandi sui, ut faciat illis præcepta, accipiatque mercedem suam ab iis hominibus, à quibus nullam utilitatem se percepturum juraverat.

י מי שנשבע ולא נחם על שבועתו ובא לב"ד לקיים שבועתו אם ראו הדיינין שהתר שבועה זו גורם למצוה ולשלום בין איש לאשתו בין אדם לחבירו ושקיום שבועה זו גורם לעבירה ולקטטה פותחין לו פתח נושאין ונותנין עמו בדבר ומודיעין לו דברים שגורמת שבועתו עד שיתנחם אם נחם בדבריהם מתירין לו ואם לא נחם ועמד במריו הרי זה יקיים שבועתו:

§. 10. Qui juravit, nec pœnitet eum jurisjurandi ſui, acceditque judices, ut confirmet jusjurandum ſuum, ſi viderint judices ſolutionem iſtius jurisjurandi cauſam fore obſervationis præcepti cujuſdam, aut pacis inter maritum & uxorem, inter hominem, & proximum ejus; Confirmationem verò illius jurisjurandi cauſam fore transgreſſionis & jurgii, aperiunt ei oſtium, & cum eo hac de re diſputant, eaque illi proponunt, quorum cauſa erit jusjurandum ejus, donec pœniteat. Si juxta verba ipſorum pœniteat, abſolvunt eum, ſi non pœniteat eum, ſed perſtet in obſtinacione ſua, ratum ſit jusjurandum ipſius.

יא כיצד נשבע[14] שיגרש את אשתו או שלא יהנה ישראל מנכסיו או שלא יאכל בשר ושלא ישתה יין שלושים יום וכיוצא

§. 11. Quomodo? Si quis juraverit, ſe repudiaturum uxorem ſuam, aut ſe de opibus ſuis nullum commodum in Iſraëlitam collaturum, aut ſe non comeſurum carnem, nec bibiturum vinum

בזה׳ אומרים לו בני אם
תגרש את אשתך אתה
מוציא לעז על בניך
ואומרים העם מפני מה
נתגרשה אמן של אלו
ולמחר קוראים להם בני
גרושה ושמא תנשא
לאחר ואי אתה יכול
להחזירה וכיוצא בדברים
אלו׳ וכן זה [15] שנשבעת
שלא יהנה ישראל מנכסיך
למחר יצטרך זה ותהיה
עובר על וחי אחיך עמך
והחזקת בו או פתוח
תפתח וכיוצא בהן׳ וזה
שנשבעת שלא תאכל
בשר ושלא תשתה יין
שלשים יום הרי אתה
פוגע ברגל ומבטל [16] שמחת
י״ט [17] ועונג שבת׳ אם אמר
אילו הייתי יודע זה לא
הייתי נשבע מתירין לו
ואם אמר אעפ״כ לא

vinum triginta dies, & similia. Dicunt *Fili mi! si repudiaveris uxorem tuam, risui expones filios tuos, dicet enim populus, quare repudiata est eorum mater? Cras vocabunt illos filios repudiatæ. Et forte ab alio ducetur, sic tu non poteris eam recuperare*, aliisque similibus verbis ad eum loquuntur. Et ita (dicunt) *qui jurasti Israëlitam nullam utilitatem percepturum esse è tuis opibus: cras iste indigebit, & tu transgredieris præceptum illud* (a) Et vivet frater tuus tecum, *aut* (vers. 35.) confirmabis eum, *aut* (b) aperiendo aperies ei manum tuam. *Tu vero, qui jurasti, te non comesurum carnem, nec bibiturum vinum triginta dies, ecce incidendo in festum, lætitiam diei festi impedies & gaudium Sabbathi.* Si dicat, *si hoc scivissem, non jurassem*, absolvent eum; Si verò dicat; *nihilominus non pænitet*

(a) *Lev.* 25: 37.

(b) *Deut.* 15: 8.

נחמתי ורוצה אני בכל זה אין מתירין לו:

me, volo ego hæc omnia, non abſolvunt eum.

יב אין פותחין[18] בנולד. כיצד נשבע שלא יהנה בפלוני ונעשה סופר העיר. הואיל ולא נחם על שבועתו אין פותחין לו בדבר זה ואפילו אמר הוא מעצמו אילו הייתי יודע אל הייתי נשבע אין מתירין לו הואיל ועדיין לא נחם אלא רצונו שלא יהנה לו ושלא יעשה זה סופר אבל אם נחם הוא מעצמו מפני הנולד ונהפכה דעתו מתירין לו וכן כל כיוצא בזה:

§. 12. Non aperiunt oſtium propter id quod accidit. Quomodo? Si quis juraverit ſe nullam utilitatem à quodam percepturum. Si contingat o illum fieri ſcribam civitatis. Siquidem non pœnituit ipſum jurisjurandi ſui, non aperiunt ipſi viam; & quamvis ſua ſponte dicat, ſi hoc ſciviſſem, non juraſſem, tamen non abſolvunt eum, quia nondum pœnitet eum, ſed vellet, utilitatem ex eo ſe non percipere, eumque non eſſe ſcribam factum. Verum ſi pœniteat ipſum ultro propter id quod contingit, & mutetur ejus Sententia, eum abſolvunt, & ita in ceteris.

יג מי שנשבע על דבר ונשבע שלא יתיר שבועה זו ונחם. הרי זה נשאל על השבועה האחרונה

§. 13. Qui juravit in rem quandam, & rurſus juravit, ne jusjurandum abſolvatur ſi pœniteat eum, petat primò ſolutionem poſte-

תחל שנשבע שלא יתיר ואחר כך ישאל על הראשונה:	poſterioris jurisjurandi, quo juravit, ne abſolvatur, deinde petat Solutionem prioris.
יד נשבע שלא ידבר עם פלוני ונשבע אחר כך שאם ישאל על שבועה זו ויתירה יהיה אסור לשתות יין לעול׳ ונחם הרי זה נשאל על השבועה הראשונה ומתירה׃ ואחר כך ישאל על השניה׃ שאין מתירין נדר או שבועת שעדיין לא חלו׃ לפיכך אם היה עומד בניסן ונשבע שלא יאכל בשר שלשי׳ יום מראש חדש אייר ונחם אינו נשאל עד שיכנס אייר:	§. 14. Qui juravit ſe non locuturum cum aliquo, & poſtea juravit ſe nunquam bibiturum vinum, ſi petierit Solutionem jurisjurandi ſui, ut ſolvatur. Si eum pœniteat, petat primò ſolutionem prioris jurisjurandi, quam obtineat, poſtea petat ſolutionem poſterioris. Non ſolvitur jusjurandum, quod nondum cœpit. Ideoque qui jurat in menſe *Niſan* ſe non comeſurum carnem triginta dies, à novilunio menſis *Iiar*. Si ipſum pœniteat, non petat ſolutionem, donec venerit menſis *Iiar*.
טו נשבע שלא יהנה לפלוני׃ שלא יהנה לחכם	§. 15. Qui juravit ſe non eſſe utilitatem daturum cuidam. Item ſe non profuturum

שישאל לו על שבועה זו· נשאל על הראשונה ואחר כך ישאל על השנייה:

turum sapienti, qui solverit hoc jusjurandum, ille petat primo solutionem prioris jurisjurandi, deinde posterioris.

יו נשבע שלא יהנה לפלוני והרי הוא נזיר אם ישאל על שבועה זו· ישאל על שבועתו תחלה ואחר כך על נזירותו וכן כל כיוצא בזה:

§. 16. Qui juravit se non daturum alicui utilitatem, & se Naziræum fore, si petierit solutionem jurisjurandi sui, ille petat primo solutionem jurisjurandi, deinde *Naziræatus*, & ita in ceteris.

יז שבועה שלא אוכל היום· שבועה שלא אוכל היום שבועה שלא אוכל היום· או שאמר על ככר זו שבועה שלא אוכלנה שבועה שלא אוכלנה שבועה שלא אוכלנה. ונשאל על שבועה ראשונה והותרה· הרי זה חייב משום שבועה שנייה· וכן אם נשאל על השנייה חייב משום שלישית:

§. 17. *Jusjurandum sit*, se non comesturum hodie, se non comesturum hodie se non comesturum hodie; aut qui dixerit in hanc massam, *jusjurandum sit*, me non comesurum illam, *jusjurandum sit*, me non comesurum illam, *jusjurandum sit*, me non comesurum illam: si petierit solutionem primi jurisjurandi, & obtinuerit eam, obligatur tamen adhuc propter secundum. Ita si petierit solutionem secundi, obli-

נשאל על השלישית
בלבד חייב משום ראשונה
ושנייה נשאל על השנייה
חייב משום ראשונה
ושלישית: אם כן מפני
מה אמרו אין שבועה
חלה על שבועה שאם לא
נשאל ואכלה אינו חייב
אלא אחת כמו שבארנו:

יח כי שנשבע שבועת
ביטוי להבא ושקר
בשבועתו כגון שנשבע
שלא יאכל פת זו ואכלה
ואחר שאכלה קודם שיביא
קרבנו אם היה שוגג או
קודם שילקה אם היה
מזיד נחם ונשאל לחכם
והתירה לו הרי זה פטור
מן הקרבן או מן המלקות:
ולא עוד אלא אפילו
כפתוהו ללקות ונשאל
והתירו לו קודם שיתחילו
להלקותו הרי זה פטור:

obligatur propter tertium. Si petierit ſolutionem tertii, obligatur propter primum & ſecundum. Si petierit abſolutionem ſecundi, obligatur propter primum & tertium. Si hæc ita ſunt, cur dicitur jusjurandum non contineri in jurejurando? quia ſi ſolutio non petatur, & edit, non reus eſt, niſi ſemel, ſicuti diximus.

§. 18. Qui juravit jusjurandum promiſſorium de re futura & pejerat; ex. gr. qui jurat, ſe non comeſurum hunc panem, atque comedat eum, & poſtquam comedit eum, antequam adducat ſacrificium ſuum, ſi ex ignorantia fecerit, aut antequam flagelletur, ſi conſulto fecerit, pœniteat atque conſulat ſapientem, ſi abſolvatur, immunis eſt ab ſacrificio & flagellatione. Neque id tantum, ſed quamvis ligaverint eum, ut flagelletur, ſi petat ſolutionem, & abſolvant eum antequam incipiant flagellare, profecto liber eſt.

ANNOTATIONES.

[1] שבועת במוי *jusjurandum promissorium.* In reliquis jurisjurandi speciebus absolutio non habet locum. Observandum autem Rabbinos jurejurando promissorio solvere non solum adhuc *integro*, sed & *violato*, ut ex §. ult. hujus capitis patet. Id verò impium est & à recta ratione alienum, siquidem nulla lex efficere potest, ne is, qui sciens pejeravit, perjurus sit.

[2] הדיוטות *Idiotæ*, Græcè Ἰδιῶται, sunt homines privati, oppositè ad eos, qui publica anctoritate & solenni Ordinatione potestatem jurejurando & Voto Solvendi acceperant. Ejusmodi tres *idiotæ* adhibebantur quoque in *Leviratûs Renunciatione* & *Excommunicationis solutione*, de *priori* Vid. Tr. *Jebhamot* Cap. 12. de *posteriori* Hilc. *Talmud Tora* Cap. 6. Non autem plane illiterati f. ut auctor *Comment. Gehut Maim.* loquitur, הדיוטות גמורים *idiotæ perfecti* debebant esse, sed requirebatur in Leviratus saltem Renunciatione, ut Hebraicè legere scirent. Quicquid sit de peritia istorum hominum, id ex hoc loco apparet, jus voto, & jurejurando solvendi non fuisse proprium summo pontifici. Unde miror, quod *R. S. Jarch.* ad *Judic.* c. 11. 29. & 1. *Chron.* 9: 30. quosdam Rabbinos asseruisse refert, *Jephtam* propterea filiam suam immolasse, quod Dignitate sua elatus, Pineasum summum Pontificem ad votum absolvendum rogare noluerit, propter Pineasum verò *Schechinam* ascendisse, quod is Jephtam non solverit voto, quasi verò Sacerdos summus illam potestatem solus habuerit. Minori jure Pontifex Romanus hanc facultatem sibi soli vindicat.

[3] Id de voto quoque asseritur in Tr. *Chagiga* Cap. 1. §. 8. היתר נדרים פורחין באויר ואין להם על מה שיסמכו *Absolutionem Votorum dispellunt in aërem, neque illis est, quo nitantur;* Hoc est, ut *Bartenora* istud proverbium exponit, מעט

מעט רמז יש במקרא שיוכל החכם להיתר הנדר ואין לסמוך עליו אלא כך מסור לחכמים בתורה שבעל פה *exiguum argumentum est in Scriptura, quod sapiens habeat potestatem solvendi voto, neque illo inniti possunt, sed traditum id est sapientibus per legem oralem.*

[4] Ne cui mira videatur quæstio, an Maritus possit mitti ad impetrandam absolutionem Voti uxoris, cum ipse votis eam solvere potuerit, (a) sciendum est, Rabbinos potestatem mariti ad eum solum diem, quo is audierit votum uxoris (b) atque ad certa votorum genera, restringere. Ista Vota sunt שיש בהן ענוי נפש, *in quibus est afflictio animæ*, & שהן בדברים שבינו לבינה *quæ sunt circa res, quæ ipsum & uxorem respiciunt.* Prioris exemplum est, *si vovisset, se non comesuram carnem*; Posterioris, *se nunquam coituram cum ullo viro*, qua de re Vid. *Maimon. cit. loc.*

(a) *Num.* 30: 8.

(b) *Vid. Hilc. Nedar. Cap.* 12. §. 16.

[5] מומחה *probatus.* Talis *Bartenora* ad Tr. *Sanhedrin* Cap. 3. §. 1. est שלמד בתורה בכתב ושבעל פה ויודע לסבור להקיש ולהבין דבר מתוך דבר הוא שנקרא מומחה׃ Qui versatus est in Lege Scripta & Orali & scit ratiocinari, conferre, & elicere rem unam ex alia. Ille vocatur מומחה. In specie autem hic intelligitur, qui רשות להורות באיסור והיתר *facultatem decernendi circa ligatum & solutum* publica auctoritate & ordinatione accepit, de quo vid. *Maim. Hilc. Sanhedrin* Cap. 4. §. 8. & 9. & *Selden. de Synedr.* lib. 2. 7. 2.

[6] מיפר *irritum reddit.* Plures ejusdem generis formulas, quibus pater & maritus in solvendis votis, & juramentis liberorum & uxoris utebantur, refert *Maimon.* in *Hilc. Nedarim* c. 13. 1. כיצד מפר אומר מופר או בטל או אין נדרה זה כלום וכיוצא בדברים שענינם עקירת הנדר מעיקרו *Quomodo irritum facit* (pater vel maritus?) *dicendo: irritum sit, desinat, aut non valeat illud votum, similiaque, quibus destruitur votum ex fundamento suo.* Dif-

ferunt ergo hæ formulæ ab שרוי sive מותר quibus sapienti in solutione votorum & jurisjurandi concessum erat uti, quod illis votum & jusjurandum *ipso jure nullum* declaretur, his autem votum aliàs validum, *obligatione* sua solvatur. Fundamentum ejus discriminis consistit in diversa Sapientis & Patris, maritive potestate. Prior enim non consideratur ut superior illo, quem voto solvit, secus ac duo posteriores, in quorum potestate jus liberorum & uxoris ita continetur, ut hi obstringere se non possint, nisi quatenus illis hoc placiturum est, quemadmodum *Grotius* loquitur. (a) Quousque autem Patris jus in actus liberorum duret, vide eundem auctorem *l. c, cap.* 5: 4. Neque desinit illa patris potestas in statu civili, ut nonnemo existimat, ratus, à Principe Societatis vi Supereminentis Dominii hoc jus patri ademptum esse. Quamvis enim id verum sit, summum Magistratum plus juris in nos & nostra bona habere tempore necessitatis, extra illam tamen minime credendum, potuisse eum aut voluisse jus suum alicui adimere. Imò deficiente expressa Imperantis declaratione, patri suum jus sartum tectumque relictum esse censeri debet, cum *moris non sit*, ut *Justinianus* loquitur, (b) *Imperantium, ut avus cogatur neptem liberare potestate sua*, quod de ceteris quoque superioribus dici debet.

(a) *Vid.* J. B. & P. II. 13. 20: 2.

(b) L. 4. C. de *Emancip. Lib.*

[7] דין *Judicium.* In Judiciis enim requirebatur (c) שיהיו הדיינין יושבים ושלא יהיו קרובים ושלא ידונו בלילה אלא ביום ואין דנין בשבת׃ התרת נדרים מותר בכולהו ולא דין הוא *ut judices sedeant, neque sint propinqui, neque judicent noctu, neque judicent Sabbatho. Absolutio autem Votorum libera est ab his omnibus, quia non est judicium.* Judicia neque noctu, neque Sabbatho peragere licitum fuisse *Maimonides* confirmat. De priori sic ait (d) אין מתחילין את הדינין בלילה׃ מפי השמועה למדו שהדינין כנגעים שנ׳ כל ריב וכל נגע מה ראיית נגעים ביום בלבד אף הדינין ביום *Non inchoant judicia noctu,*

(c) Vid. Tr. *Naarah fol.* 65.

(d) *Hilc. Sanhedrin* cap. 3. 3.

unde

unde per traditionem accepimus, quod judicia sint sicuti plagæ, quia scriptum est, (a) omnis controversia & omnis plaga. *Ut inspectio plagarum interdiu fit tantum, sic judicia diurno tempore solum exercenda sunt.* De posteriori sic loquitur (b) אין דנין בשבת ולא חוליצין ולא מיבמין ולא מקדשין׃ *non judicant Sabbatho, non extrahunt calceum, non ducunt jure affinitatis, non celebrant sponsalia.*

(a) *Deut.* 21: 5.

(b) *Hilc. Schabbat.* cap. 23.

[8] Adde בימים טובים *Diebus festis* ex Tr. *Nedar.* Cap. 9. § 6. unde hæc petita sunt.

[9] מערב שבת Vespera Sabbathi, id est, die Sabbathum præcedente, vulgo *die Veneris.*

[10] לצורך שבת *ad necessitatem Sabbathi.* Si necessitas fuit, Sabbatho comedere atque bibere, & tanta quidem, ut voto & jurejurando solvere licuerit die Sabbathi, graviter sanè errat *Baronius* aliique, qui dicunt Judæos Sabbathum jejunio celebrasse. Invicto præterea contra eos argumento est, quod Christus die *Sabbathi* apud *principem Pharisæorum* panem comedisse legatur *Luc.* 14: 1. Vid. quæ supra ea de re diximus p. 32, 33.

[11] בפני ראובן *præsente Rubene.* Huic rei præsidium quærunt *Exod.* 4: 17. in verbis ויאמר יי׳ אל משה לך שוב מצרים *abi atque revertere in Ægyptum*, quem locum sic interpretantur: לך והתר נדרך במדין *abi ut absolvatur votum tuum in Midiane.* Ut intelligatur de quo voto sermo sit, sciendum est, eos verba *Exod.* 2: 21. ויואל משה לשבת את האיש teste *Jarchio* ad eum locum, sic exponere: נשבע לו שלא יזוז ממדין כי אם ברשותו *juravit* (Moses) *se non discessurum ex Midiane nisi potestate ejus* (Jethronis.) Verum nihil est, quod nos moveat, ut vocem ויואל ab אלה *juravit*, deductam credamus, commodiùs verò ab יאל quod in *Hiphil* significat *inducere animum*, derivabitur, eo loci istius sensu, *animum induxit Moses permanendi apud virum.*

[12] גוי *Gentilis*. Id adstruunt duobus exemplis, *Mosis*, qui jusjurandum suum coram Jethrone absolvi curaverit, & *Zedekiæ*, qui ob ejus rei neglectum cum Synedrio magno graviter admodum punitus fuerit. Historiæ, seu fabulæ potius, quæ in Tr. *Nedarim* fol. 65: 1. fusè recensetur, hæc sunt præcipua capita. Fabulantur Zedekiam quodam tempore Nebucadnezarem vidisse de lepore vivo comedentem, Nebucadnezarem verò pudore suffusum, Zedekiam statim adjurasse, ne rem istam divulgaret. Zedekiam nihilominus absente Nebucadnezare solutum jurejurando à Synedrio M. quid contigerit, aliis narrasse. Hoc audito Nebucadnezarem excæcasse Zedekiam, atque Viros Synedrii M. quod se absente Voto solvissent Zedekiam, caudis equorum alligatos, horrenda morte neci dedisse, quorsum respicere volunt *Jer.* in *Lament.* Cap. 2: 10. Hæc sunt nugæ Judæis dignæ.

[13] Scribit R. *Abraham Bar David*, in animadversionibus suis, se in exemplari Gemaræ suæ ita hunc casum legisse; Si juraverint homines civitatis, se doctori legis nullam utilitatem daturos, atque alium idoneum Doctorem non inveniant, eos jurejurando solvendos esse.

[14] נשבע שיגרוש את אישתו, *qui juravit se repudiaturum uxorem suam*. Quidni jurisjurandi religionem divortii causam haberent Judæi, qui levissimis imò ridiculis de causis uxorem dimitti posse credunt? Id patet ex *Talmude* Cod. *Gittin*. fol. 90. 1. ubi verba *Misna* ita habent:

בית שמאי אומר לא יגרוש אדם את אישתו אלא אם כן מצא בה ערוה שנ׳ כי מצא בה ערות דבר ובית הלל אומרים אפילו הקדיחה תבשילו שנאמר כי מצא בה ערות דבר רבי עקיבא אומר אפילו מצא אחרת נאה הימנה שנאמר והיה אם לא מצא חן בעיניו *Schola Sammaana statuit uxorem à marito non esse repudiandam, nisi invenerit in ea turpitudinem, quia dictum est* (a) quoniam invenit

(a) *Deut.* 24: vers. 1.

invenit in ea turpitudinem rei. *Sed Schola Hilleliana etiam ob cibum ejus nimio ardore coctum, repudiandam censet, quia dictum est* (l. c.) quia invenit in ea turpitudinem rei. *R. Akiba insuper dicit, si invenerit aliam ea pulchriorem aut sibi commodiorem, repudiare licet, quia scriptum est*, (l. c.) si ea non invenerit gratiam in oculis ejus. Prolixa est hac de re inter utriusque scholæ discipulos in Gemara subjecta disputatio, ita tamen ut sententia obtineat Scholæ Hillelianæ. *Karræi*, etsi ridiculas illas *Rabbinorum* causas rejiciant, non minus tamen absurdas divortii rationes eliciunt è voce ערות, de quibus vid. Cl. MEJERUS in *Uxore Christiana*, *Dissert.* 3. Nos non alias Divortii causa admittimus, nisi, quæ fidem conjugalem tollunt, quales sunt, *Adulterium Matth.* 19. & *Malitiosa desertio* 1. Cor. VII. missis factis rationibus, quas *Seldenus*, *Grotius*, *Daphnaus Arcuarim* in sua *consider. Matrim.* p. 2. Cap. 5. aliique præterea addere solent.

[15] שנשבעת שלא וכו׳ *qui jurasti Israëlitam utilitatem nullam percepturum è bonis tuis.* Solebant etiam Voti formulis uti קונם, aut קרבן דתהנה מני *munus sacrum*, aut *oblatio sit, si quid utilitatis à me perceperis*, Hos aliosque vovendi modos adeo sanctos habebant, ut contra mandata divina eos obligare dicant Magistri. Id discimus ex Maimonide, qui sic ait: (a) כיצד חלות הנדרים על דברי מצות כדברי הרשות האומר הרי המצה בלילי הפסח אסורה עליו הרי ישיבת הסוכה אסור׳ עליו והרי התפלים אסורות בנטילה עליו הרי אלו אסורין עליו ואם אכל או ישב או נטל לוקה׃ *Quomodo cadunt Vota in res præceptas æque ac in liberas? Dicendo: azymos in nocte paschatis sibi prohibitos fore; habitatione in tentoriis sibi interdictum fore, & phylacteriorum usum sibi vetitum fore. Profecto his omnibus ei interdicitur, sique edat, aut habitet, aut induat, flagellatur.* Hinc non mirum, si parentes etiam & liberi mutuis officiis voti religione sibi interdixerint, cujus rei multa in *Talmude* exempla habentur. Parentem hoc prætextu justa alimenta

(a) *Hilc. Nedarim.* cap. 3.

liberis

liberis negare, imo ipsa hereditate eos excludere potuisse legitur in *Tr. Nedarim*, Cap. 9: 10. האומר לבנו קונם אי אתה תהנה משלי אם מת יורשנו בחייו ובמותו אם מת לא יורשנו *qui dicit filio suo munus sit quicquid utilitatis perceperis ex meo. Si mortuus sit* (pater) *heres ejus est* (filius) *si in vita & post mortem suam* (pater interdixerit filio bonis suis) *non erit heres patre mortuo.* Ita Filius, qui se nullam utilitatem patri daturum voverat, ne quidem alteri dono quid dare poterat eo animo, ut patri prosit. Vid. *Tr. Nedarim* Cap. 5. §. 6. ibique *Barten.* & *Maim. Comment.* Eadem ratione sanctum erat filiæ votum קונם שאיני עושה על פי אבא *munus sit quod non parabo pro ore patris; cit. Tr. Cap.* 11: 4. Ex eorum genere est illud votum, quo Judæi quidam ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς (quasi dixissent הריני עלינו חרם quæ vovendi formula occurrit in eodem *Tractatu* Cap. 5: 4.) *devoverant sese*, quod nihil comedere voluerint, antequam Paulum occidissent. *Act.* 23: 12. Hanc perversam Pharisæorum doctrinam tanquam legi divinæ è diametro oppositam Christus meritò redarguit *Matth.* 15: 5. ubi δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς Hebraicè exprimeres, קרבן שתהנה בי. Impius est hic vovendi mos, quia omne incrementum virtutum, seu ut *Grotius* (a) loquitur, *majus bonum morale impedit.* Egregium est in hanc rem decretum Urbani III. Lib. II. Tit. 24. cap. 12. *de jurejur. Illi verò qui jurant, non loqui patri vel matri, sorori vel fratri, aut iis humanitatis subsidium non exhibere, absolvendi sunt ab illius observantia juramenti, cum illicitum sit, & contrarium rationi.*

(a) J. B. & P. II. 13. 7.

[16] De hac שמחת י"ט *lætitia dierum festorum.* Vid. quæ supra diximus, p. 35, 36, 37.

[17] עונג שבת *Deliciæ Sabbathi* in quo consistant. Vid. supra p. 32, 33.

[18] Illustrationem hujus paragr. Videsis in *Tr. Nedarim* Cap. 9. §. 2, 3. unde *Maimonides* eum desumpsit.

CAPUT

CAPUT VII.

א התובע חבירו בממון שאם הודה בו יהיה חייב לשלם וכפר ונשבע. או שהשביעו התובע וכפר. הרי זה הנתבע הוא חייב בשבועת הפקדון אף על פי שלא ענה אמן. שבשבועת הפקדון אחד הנשבע מפי עצמו ואחד שהשביעו אחר וכפר אף ע"פ שלא ענה אמן חייב שכפירתו אחר שהשביעו התובע כעניית אמן:

§. 1. Quando quis bona reposcit à socio suo, si (*socius*) confessus fuerit, tenetur ad restitutionem. Si neget, atque juret, aut si adjuratus ab eo qui reposcit, neget, profecto is à quo postulatur, tenetur propter *jusjurandum Depositi*, quamvis non responderit *Amen*. Quia propter *jusjurandum Depositi* obligatus est, sive juret ipse, sive adjuret eum alius, ipse vero neget, etsi non respondeat *Amen*, cum negatio postquam adjuratus est ab reposcente, valeat instar *Amen*.

ב תבעו בממון שאם יודה לו ויאמר כן הדבר לא יהיה חייב לשלם· כגון שתבעו · בקנס שאין אדם משלם קנס על פי עצמו וכפר ונשבע הרי זה פטור משבועת הפקדון

§. 2. Si reposcant ab eo bona, etsi confessus fuerit, dicendo: ita res se habet, (*quandoque*) non tenetur ad restitutionem. Ex. gr. si postulent ab eo mulctam, quia nemo ex propria confessione mulctam solvit. Si neget, & juret, liber est a *jureju-*

וחייב משום שבועת בטוי:

rando Depositi, tenetur autem propter *jusjurandum promissorium.*

ג וכן אם תבעו בקרקע או בעבד או בשטר וכפר ונשבע פטור משבועת הפקדון וחייב בשבועת בטוי שהרי נשבע על שקר:

§. 3. Similiter quando reposcunt ab eo fundos, aut servos, aut literas contractus, is verò neget, atque juret, immunis est a *jurejurando Depositi*, tenetur autem propter *jusjurandum promissorium*, quia perjurium committit.

ד ולמה נפטר משום שבועת הפקדון והרי זה אילו הודה חייב היה ומשלם מה שכפר לפי שנאמר בפקדון או בתשומת יד או בגזל או עשק את עמיתו או מצא אבידה הכל מטלטלין שאם יודה בהן יוציא ממון מתחת ידו ויצאו קרקעות שאין מטלטלין והרי הן לפני בעליהן ובחזקתן ויצאו עבדים

§. 4. Quare autem immunis est ab *jurejurando Depositi*, nam profectò si confessus fuerit, tenetur ut restituat quod negavit? Quia dictum est (a) *de deposito, aut de societate, aut de rapto, aut si fraudaverit proximum suum, aut invenerit rem amissam*, quæ omnia sunt *mobilia*, si ea confiteatur, reddit bona è sua manu. Excipiuntur vero fundi, quia non sunt *mobiles* & manent sub oculis dominorum suorum, & in eorum possessione. Item excipiuntur servi, quia æquiparantur fundis. Item exci-

(a) *Lev.* 5:21.

שהוקשו לקרקעות· ויצאו שטרות· שאין גופן ממון:

excipiuntur literæ contractus, quia non habent rationem bonorum.

ה אחד הנשבע אחר שתבעו בעל הממון· או הנשבע מעצמו אף על פי שלא תבעו· כיצד כגון שקדם ואמר למה אתה הולך אחרי כלום יש לך בידי ממון שבועה שאין לך בידי ממון· ה"ז חייב בשבועת הפקדון הואיל וכפר ונשבע ואף על פי שלא תבעו זה:

§. 5. Sive juraverit postquam repetiit ab eo Dominus bonorum, sive juraverit sua sponte, non postulante Domino; Quomodo? ex. gr. si antevertat dicendo: quare me insequeris? nihil quicquam ex bonis tuis habeo; Juro, quod nulla bona habeam abs te. Ecce talis tenetur propter *jusjurandum Depositi*, quia negavit & juravit, etsi non requisiverint hoc ab eo.

ו אחד הנשבע לבעל הממון עצמו או לשלוחו הבא [3] בהרשאתו ששלוחו של אדם [4] כמותו:

§. 6. Sive quis juret Domino bonorum ipsi, aut Nuncio, qui venit ejus potestate, quia Nuncius alicujus est sicut ipse.

ז ואינו חייב בשבועת הפקדון עד שישביעו בלשון שהוא [5] מכירה:

§. 7. Non tenetur propter *jusjurandum Depositi*, nisi quando adjuraverint eum lingua, quam intelligit.

ח הנשבע שבועת הפקדון במזיד אף על פי שנשבע

§. 8. Qui jurat *jusjurandum Depositi* sciens, etsi falsò

לשקר והתרו בו עדים בשעת שבועתו אינו לוקה אלא מביא אשמו בלבד שהרי הכתוב מוציאו מכלל חייבי מלקות וחייבו אשם בין בזדון בין בשגגה כמו שבארנו:

falsò juraverit & testes eum præmonuerint tempore jurisjurandi, non flagellatur, sed solum adducit sacrificium *pro reatu*; quia profecto scriptura eximit eum è numero eorum qui tenentur ad flagellationem, atque reum facit sacrificii pro reatu, sive sciens sive ex errore (*pejeraverit*) sicuti explicuimus.

ט כפר ונשבע ארבעה או חמשה פעמים או שהשביעו התובע ארבעה וחמשה פעמים והוא כופר על כל אחת ואחת בין בבית דין בין שלא בבית דין הרי זה חייב קרבן אשם על כל שבועה ושבועה שאילו הודה אחר שכפר היה חייב לשלם אף על פי שכפר בבית דין ונמצא פוטר עצמו בכל כפירה וכפירה מן התשלומין לפיכך חייב על כל שבועה ושבועה:

§. 9. Qui negavit, & juravit quater aut quinquies; aut si qui postulat, adjuraverit eum quater aut quinquies, ipse verò ad omnia singulatim negaverit, sive in judicio, sive extra judicium, ecce talis tenetur ad sacrificium reatus propter unumquodque jusjurandum, quia si confessus fuerit postquam negavit, tenetur ad restitutionem, quamvis in judicio negaverit, & invenitur se ipsum liberasse unaquaque negatione ab compensationibus, quare tenetur propter unumquodque jusjurandum.

§. 10.

י הוו חמשה תובעין אותו ואומרין לו תן לנו פקדון שיש לנו בידך שבועה שאין לכם בידי אינו חייב אלא קרבן אחד׃ שבועה שאין לך בידי לא לך ולא לך ולא לך חייב על כל אחת ואחת׃

§. 10. Si quinque aliquid postulaverint ab eo, dicendo: *Da nobis depositum quod nobis est in manu tua;* (ipse vero respondeat) juro quod nihil apud me habeatis, non tenetur nisi ad unum sacrificium. (Si dicat) juro quod tu nihil apud me habeas, nec tu, nec tu, nec tu, tenetur propter unumquodque.

יא אמר לו חברו תן לי פקדון ותשומת יד גזל ואבדה שיש לי בידך׃ שבועה שאין לך בידי חייב אלא אחת׃ ואפילו היה לו פרוטה אחת מכולן הרי אלו מצטרפין וחייב׃

§. 11. Si dixerit ad eum proximus ejus, restitue mihi Depositum, mutuum, raptum, & rem amissam, quæ mihi est in manu tua, (si dicat) juro, quod nihil tibi sit in manu mea, semel tantum tenetur, etiamsi ex singulis tantum unam *prutam* habeat, nam illas conjungunt, & reus est.

יב שבועה שאין לך בידי פקדון תשומת יד גזל ואבדה חייב על כל אחת ואחת׃

§. 12. (Qui ita dicit) juro quod non sit tibi in manu mea, nec depositum, nec mutuum, nec res amissa, ille tenetur propter singula.

יג תן לי חטים ושעורים וכוסמין שיש לי בידך. שבועה שאין לך בידי אינו חייב אלא אחת. שבועה שאין לך בידי חטים ושעורין וכוסמין חייב על כל אחת ואחת:

§. 13. (Qui dicit) restitue mihi triticum, hordeum, & speltam, quæ mihi sunt in manu tua, (alter verò respondet) juro quod nihil apud me habeas, semel tantum reus est. (Ita vero) juro quod non sit tibi in manu mea triticum, nec hordeum, nec spelta, tenetur propter unumquodque.

יד היו חמשה תובעין אותו ואומרין לו תן לנו פקדון גזל ואבדה ותשומת יד שיש לנו בידך. ואמר לאחד מהן שבועה שאין לך בידי פקדון וגזל ואבדה ותשומת יד ולא לך ולא לך ולא לך ה״ז חייב על כל טענה לכל אחד אחד ואחד ונמצא זה חייב עשרים אשם:

§. 14. Si quinque ab eo postulaverint, dicendo: restitue nobis depositum, raptum, amissum, & mutuum, quæ nobis apud te sunt, ipse verò dicat ad unum ex illis juro quod in manu mea non habeas depositum, raptum, amissum & mutuum, nec Tu, nec Tu, nec Tu, ille tenetur unicuique propter singulas exceptiones, & sic invenitur obligatus ad viginti sacrificia pro reatu.

טו טען שאבד הפקדון או כפר בו ונשבע ואח״כ

§. 15. Si excipiat, quod depositum perierit, aut neget,

הודה· וחזר וטען שאבד ונשבע וחזר והודה משלם הקרן הראשון וחומש אחד על כל שבועה ושבועה שנאמר וחמישיתיו· התורה רבתה חומשין הרבה על קרן אחד· כיצד היה הקרן ארבעה וכפר ונשבע והודה וחזר וטען· שאבד ונשבע וחזר והודה וחזר וטען שאבד ונשבע והודה משלם שבעה וכל כיוצא בזה:

neget, atque juret, postea verò confiteatur, & rursus excipit, quod perierit atque jurat, deinde verò rursus confiteatur, ille reddit sortem primariam & unam quintam super quolibet jurejurando, quia dicitur (b) *& quintas eorum.* (b) *Lev.* 5:24.
Scriptura addit multas quintas ad unam sortem. Quomodo? si sors fuerit quatuor, is verò neget juretque atque confiteatur, Rursusque excipiat, quod perierit juretque, postea vero confiteatur, iterumque excipiat, quod perierit atque juret confiteaturque, ille reddit septem, & sic in similibus.

יו פחות [6]מפרוטה אינו ממון לפיכך התובע חבירו בפחות מפרוטה או בפחות משוה פרוטה וכפר ונשבע פטור משבועת הפקדון וחייב בשבועת בטוי:

§. 16. Minus *Pruta* non habetur inter bona, quare si quis repetat à socio suo minus *Pruta*, aut minus quam Pruta dignum, hic verò neget, atque juret, liber est ab *jurejurando depositi*, verum tenetur propter jusjurandum promissorium.

A N-

ANNOTATIONES.

[1] מפי עצמו *propria confessione.* Regulam habent Jurisconsulti Hebræorum מודה בקנס פטור *qui fatetur mulctam* sive injuriam, *is liber est.* Attamen hanc regulam ita restringunt כיון שהודה ואין שם עדים *si confessus fuerit antequam testes accesserint.* Nec immerito hanc restrictionem adjiciunt, posset enim aliàs reus facile elabi, quia nullum credo futurum, qui simulac se testibus convictum videat, culpam non statim confessurus sit, ut pœnam effugiat.

[2] Fundis, Servis & Literis contractus in quibus jusjurandum depositi non habet locum, Res Sanctas quoque addere solent, si auctorem nostrum consulamus in *Hilc.* טוען ונטען *Cap.* 5: 1. ואלו הן דברים שאין נשבעין עליהן מן התורה הקרקעות והעבדים השטרות וההקדשות *Hæ sunt res super quibus non jurant ex lege, Fundi, Servi, Literæ contractus,* & RES SANCTÆ. Argumentum hujus constitutionis quærunt *Exod.* 22: 6. in verbis כי יתן איש אל רעהו *quum quis socio suo dederit.* Hinc concludunt Res Sanctas excipi utpote quæ DEO non socio dentur. Non tamen sine ratione hoc loco Rerum Sanctarum nullam facit mentionem; quamvis enim auctoritate legis nullum jusjurandum super iis præstetur, decreverunt tamen Rabbini, ut ad modum jurisjurandi ex Lege super iis juretur, ne vilescant, & sacrilegio detur facilis occasio, quod ex *eodem loco* discimus, ubi sic legitur:

על כלן נשבע שבועת הסת. אם היתה שם טענה ודאי חוץ מן ההקדשות שאף על פי שאינו חייב עליהם שבועת מן התורה תקנו חכמים שישבע עליהם כעין של תורה כדי שלא יזלזלו קדשות, *Super omnibus illis* (fundis, servis,

vis,

vis, literis contractus) *præstant jusjurandum impositionis, si certi quid exigatur, exceptis REBUS SANCTIS, quamvis enim super illis nemo ex lege jurare teneatur, constituerunt tamen sapientes, ut super iis jurent ad modum* (jurisjurandi) *ex lege, ne Res Sanctæ vilescant.*

[3] בהרשאתו *potestate ejus.* Ut hujus potestatis a Domino acceptæ, fidem sibi faceret procurator, literis debebat à Domino instrui, quod legimus apud Auctorem nostrum in *Hilc. Scheluchin Veschutphin. Cap.* 3: 1. מי שהיתה לו קרקע תחת יד אחר או שהיו לו מטלטלים בקדון ורצה לעשות שליח לדון עם זה ולהוציא הקרקע או הפקדון מתחת ידו הרי זה כותב לו הרשאה *Si quis apud alium habeat res immobiles aut mobiles depositi, atque nuncium mittere velit, qui litem agat cum eo, ut res immobiles aut mobiles recuperet, ecce is scribat ei facultatem.* Absque literis vero nemo agnoscebatur alterius procurator, ut paulo post citata verba habetur, אם לא כתב לו אינו יכול לדון עמו מפני שהוא אומר לו אין אתה בעל דיני *Nisi scripserit ei* (facultatem) *non poterit litem agere cum eo* (reo) *quia dicet, tu non es Adversarius* (Actor) *meus.* Hac ratione iste Hebræorum שליח *Nuncius*, convenit cum Romanorum Procuratore Judiciali, qui non solum nuncio constituebatur, sed & literis, quibus ad adversarium directis, significabat Dominus, *quem adversus eum procuratorem, & in qua causa fecerit, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit.* Vid. l. 66. de *Procurat.* & *defensoribus.*

[4] כמותו *Sicut ipse.* Ex hoc fundamento asserunt, omnia non solum quæ acquirit Procurator, sed & sumptus in litem factos, in Dominum redundare, teste rursus *Maimonide Hilc.* & *cap. cit.* כל מה שיזכה הרי הוא של

משלחו וכל ההוצאות שיוצא השליח על דון הרי המשלח חייב בהן *Omnia quæ acquirit* (procurator) *pertinent ad mittentem* (mandantem) *& ad omnes sumptus, quos procurator impendit in litem, mandans tenetur.* Quæ à recta ratione non sunt aliena. *Talis enim procurator*, ut *Puffend.* inquit, (a) *se habet in isto negotio ut causa instrumentalis, dum omnia gerit alterius auctoritate, & non sibi acquirit jus & obligationem sed illi cujus negotium gerit.*

(a) J.N. & G. III. 9. I.

[5] שהוא מכירה *quam ipse intelligit.* Ejus rei rationem afferunt Magistri ex *Lev.* 5: 1. ubi in materia dejurejurando testimonii legitur *& audiverit vocem blasphemiæ cujus ipse testis est.* Hinc è voce שמעה primò eliciunt jusjurandum testimonii posse ea lingua fieri, qua res, de qua testimonium redditur, innotuit, id est, lingua quacunque. Deinde, quia vox תחטא etiam occurrit ℣. 20. ubi de jurejurando Depositi sermo est, parem utriusque jurisjurandi rationem esse more solito concludunt.

(6) פרוטה *Pruta.* Hujus, ut & aliorum monetæ generum valorem cognoscimus ex *Maimonidis Hilc. Schekalim* Cap. I. ubi sic ait: הסלע ארבעה דינרין והדינר שש מעין ומעה היא הנקראת בימי משה רבינו גרה׃ ומעה היא שני פונדיונין ופונדיון שני איסורין ופרוטה אחת משמונה באיסור *Siclus continet quatuor Denarios. Denarius Sex Meas; Mea hæc, quæ tempore Mosis Rabbenu Gera vocata est, duo Pondionin, Pondion, duos assarios,* & PRUTA *valet unam ex octo partibus assarii.* Ut numeris cujusvis monetæ pretium exprimamus, valor Sicli notandus erit, de quo paulo ante citata verba sic legitur, סלע שלש מאות וארבע ושמונים שעורה בינונית׃ *Siclus valet trecenta octuaginta quatuor grana hordeacea mediocria.* Hinc calculo juste inito *Denarius* habebit 96 grana, *Mea* 16. *Pondion* 8. *Assarius* 4. *Pruta* ½. Cum his conveniunt, quæ

R. S.

R. S. *Jarchi* ad *Cerithut* fol. 20: 2. dicit: מערה שתי פינדיונין ופונדיון שתי איסורין ואיסור ב׳ מסמסין מסמס שני קונטרקין קונטרק שתי פרוטות דהיינו ל״ב פרוטות למערה ולמעה וחצי שהוא רובע דינר הוו מ״ח פרוטות *Mea continet duo* Pondionim, Pondion *duos assarios*, *Assarius duos Semisses*, *Semissis duo Kontrikin*, *Kontrik duas Prutas*, *quorum sunt* 32. *in Mea*, *& Mea cum dimidia*, *quæ quarta pars denarii est*, *continet* 48. *prutas*. Hinc multorum numismatum in N. T. memoratorum valor cognoscetur. Nempe λεπτὰ δύο ὅ ἐςι Κοδράντης *Marc.* XII: 42. respondent שתי פרוטות *duobus prutis*, quæ efficiunt unum קונטרק seu ut Hierosolymitani loquuntur, קרדינטס unde vox κοδράντης. Ασσάριον *Matth.* X: 29. quo ad literas & valorem convenit cum איסור *assario*.

CAPUT VIII.

א הגונב שורו של חבירו וטבחו או מכרו׃ תבעו בעל השור ואמר לו גנבת שורי וטבחת או מכרת והוא אומר גנבתי אבל לא טבחתי ולא מכרתי ונשבע הרי זה פטור משבועת הפקדון׃ שאילו הודה מעצמו שטבח או מכר לא היה משלם

§. 1. Qui furatus est bovem socii sui, & mactavit aut vendidit eum; Domino vero bovis, eum reposcenti his verbis, *furatus es bovem meum & mactasti aut vendidisti eum*, respondet, furatus sum, sed non mactavi aut vendidi eum, juratque, is liber est ab *jurejurando depositi*, quia si confessus fuisset sua sponte quod mactaverit,

תשלומי ארבעה וחמשה מפני שהוא קנס כמו שיתבאר [1] בהלכות גנבה: ונמצא זה כמו שלא כפר ממון ולפיכך פטור משבועת הפקדון וחייב בשבועת בטוי שהרי נשבע על שקר אלא טבח והוא טבח:

ctaverit, aut vendiderit eum, non solveret *quadruplum* aut *quintuplum*, quia sunt mulcta, sicuti explicuimus in *Hilcot. Genebha.* Et talis reputatur ac si non negaverit *bona*, eaque propter liber est ab *jurejurando depositi*, tenetur autem propter *jusjurandum promissorium*, quia juravit falsò, se non mactasse, cum tamen mactaverit.

ב וכן האומר לחבירו המית שורך את עבדי וכפר ונשבע והעבד שתבע רבו ואמר לו הפלת שני וסמית עיני ונשבע פטור משבועת הפקדון שאילו הודה לא היה משלם מפני שהוא [2] קנס אבל חייב בשבועת בטוי וכן כל כיוצא בזה:

§. 2. Ita si quis dicat socio suo bos tuus occidit servum meum, (*socius autem*) neget, juretque; vel si servus dominum suum postulet de dente sibi excusso, aut oculo eruto, (*Dominus autem*) neget, juretque, immunis est ab jurejurando depositi, quia si confessus fuisset, non compensaret, cum pœna sit, verum tenetur propter jusjurandum promissorium, & *sic in similibus*.

ג התובע את חבירו בדבר שיש בו קנס שאינו

§. 3. Qui reposcit aliquid ab socio suo, quod *pœnam* continet, quæ non sol-

משלם אותו על פי עצמו כמו שבארנו ויש בו ממון שהוא משלם אותו על פי עצמו וכפר בכל דבר ונשבע ה״ז חייב משום שבועת הפקדון כיצד תבעו ואמר לו [3]אנסת או פתית בתי והוא אמר לא אנסתי ולא פתיתי ונשבע חייב בשבועת הפקדון שאע״פ שאינו משלם [4]קנס על פי עצמו אילו הודה היה משלם [5]בשת ופגם על פי עצמו וכן האומר לחבירו גנבת שורי והוא אומר לא גנבתי ונשבע חייב בשבועת הפקדון שאע״פ שאינו משלם כפל בהודאתו משלם הוא את הקרן בהודאתו:

solvitur ex propria confessione, uti diximus, & simul *bona*, quæ compensantur ex propria confessione, (*socius vero*) neget, atque juret, ecce ille tenetur propter *jusjurandum depositi*. Quomodo? si arguat quis alterum, dicendo: vi stuprasti aut pellexisti filiam meam (*alter autem ille*) respondeat, non vi stupravi, aut pellexi, atque juret, ecce ille tenetur propter jusjurandum depositi. Quamvis enim non solvat mulctam ex propria confessione, si tamen confessus fuerit, solvit pro *ignominia* & *damno*. Ita si quis dicat socio suo, furatus es bovem meum, hic autem respondeat, non furatus sum, atque juret, ecce ille obligatur propter *jusjurandum depositi*, quia etiamsi non solvat *duplum* ex propria confessione, solvit tamen summam principalem ex sua confessione.

ד האומר לחבירו עשית בי חבורה והוא אומר לא עשיתי· המית שורך את שורי והוא אומר לא המית ונשבע חייב בשבועת הפקדון שאילו הודה היה חייב [6] לשלם:

§. 4. Si quis dicat ad socium suum, inflixisti mihi vulnus, (*socius autem*) respondeat, non inflixi: Vel (*si dicat*) bos tuus occidit bovem meum (*alter*) respondeat, non occidit, atque juret, ille tenetur propter *jusjurandum depositi*, quia si confiteatur, obligatur ad compensandum.

ה נתן שורו לשומר חנם ומת השור· תבעו ואמר לו היכן שורי שהפקדתי אצלך אמר לו לא הפקדת אצלי כלום· או שאמר לו הפקדת ונגנב או אבד ונשבע ה״ז פטור משבועת הפקדון· שאילו הודה ואמר הדבר כשהיה לא היה חייב לשלם ממון מפני [7] שהוא שומר חנם· אבל חייב הוא משום שבועת בטוי שהרי נשבע על שקר וכן כל כיוצא בזה:

§. 5. Qui tradidit bovem suum *Custodi gratuito*, bove autem mortuo, quærat (*ex custode*) ubi est bos meus, quem tradidi tibi? Si (*custos*) respondeat, non tradidisti mihi quicquam, aut si dicat, tradidisti mihi, sed furto ablatus est, aut periit, ecce ille immunis est ab *jurejurando depositi*, quia si confiteatur, dicendo, uti se res habet, non tenetur ad restituendum, quia est custos gratuitus, verum tenetur tantum propter jusjurandum promissorium, quia falsò juravit; & *sic in similibus*.

ו השאיל שורו לחבירו ותבעו ואמר לו היכן שורי ששאלת ממני והרי השור מת׳ ואמר לו השואל נגנב או אבד ונשבע על זה פטור משבועת הפקדון׳ שהרי לא פטר עצמו מן התשלומין בכפירתו׳ ומכל מקום חייב הוא לשלם בין מה או נגנב או אבד או נשבה מפני שהוא [8] שואל כמו שיתבאר במקומו׳ אבל חייב הוא משום שבועת בטוי שהרי נשבע על שקר וכן כל ביוצא בזה:

§. 6. Qui commodavit bovem socio suo, & reposcit eum, dicendo: ubi est bos meus, quem commodato à me petio isti? Si bove mortuo *commodatarius* respondeat, furto ablatus est, aut periit, atque juret, profecto ille immunis est ab jurejurando depositi, quia se ipsum non liberat ab compensandum negando; semper enim tenetur ad compensationem, sive mortuus sit (bos) sive furto ablatus, aut perierit, aut abductus sit, quia est commodatarius, sicuti suo loco exposuimus. Verum tenetur ex jurejurando promissorio, quia juravit falso; & *sic in similibus*.

ז זה הכלל כל שאינו פוטר עצמו מן התשלומין אלא בכפירה זו ונשבע בין מפי עצמו׳ בין שהשבועו התובע וכפר הרי זה חייב בשבועת הפקדון

§. 7. Hæc est regula generalis, omnis, qui se ipsum non liberat ab compensationibus negando, atque jurat, sive verbis propriis, sive proprietarius eum adjuret, ipse verò neget, ille tenetur propter jusju-

אע"פ שלא ענה אמן ולא הוציא שבועה מפיו:

jusjurandum promissorium, etiamsi non responderit *Amen*, aut non juraverit verbis propriis.

ח הגונב שור חבירו ותבעו ואמר לו שורי גנבת והוא אומר לא גנבתי מה טיבו אצלך אתה הפקדתו אצלי ונשבע חייב בשבועת הפקדון שאילו הודה שגנבו היה חייב לשלם דמי השור מכל מקום ועכשיו שאמר פקדון הוא הרי פטר עצמו בכפירה זו מן הגנבה ומן האבדה שאם נגנב השור או אבד אחר הודאה זו היה פטור מלשלם:

§. 8. Si quis furatus sit bovem socii sui, & hic reposcat eum, dicens, tu furatus es bovem meum (*socius verò*) respondeat, non furatus sum. (*Si dominus porro quærat.*) Quare ergo apud te est? (*socius verò*) iterum respondeat, tu mihi eum tradidisti custodiendum, & juret, obligatus est *propter jusjurandum depositi*, nam si confiteatur, quod furatus eum sit semper tenetur solvere pretium bovis, nunc autem quia dicit, custodiæ traditus est, negando liberat se ipsum à furto, & amisso, quia si bos furto ablatus sit, aut perierit, post confessionem, liber est a compensatione.

ט וכן אם טען ששכרו ונשבע חייב בשבועת הפקדון שהרי פטר עצמו

§. 9. Ita si excipiat, quod mercede eum conduxerit, & juret, tenetur propter *jusjurandum depositi*, quia se

מן ⁹ השבורה ומן המיתה׃ וכן אם טען ואמר השאלתו ונשבע חייב בשבועת הפקדון שהרי פטר עצמו מן המיתה בשעת המלאכה כמו שיתבאר בהלכות השאלה׃

se ipsum liberat à *fractione* & *morte* (bovis.) Ita si excipiat, dicendo: commadato eum mihi dedisti, & juret, obligatur propter *jusjurandum depositi*, nam se ipsum liberat à morte, (*quæ accidit*) tempore operis, uti explicuimus in *Hilcot Hasschaalah*.

י לפיכך אם אמר לא גנבתי אבל אתה הפקדתו אצלי או שכרתני לשומרו או השאלתהו לי והרי שורך לפניך קחהו ונשבע על זה הרי זה פטור משבועת הפקדון׃ שהרי הודה בקרן ולא פטר עצמו בכפירה זו מכלום׃

§. 10. Propterea si dicat, non furatus sum, sed tu tradidisti eum mihi in custodiam, aut conduxisti me ad eum custodiendum, aut commodato mihi dedisti eum, ecce hîc est bos tuus, sume eum, atque jurejurando hæc confirmet, profecto ille liber est ab jurejurando depositi, quia confitetur rem principalem, neque est quicquam à quo se liberet negando.

יא וכן אם אמר לו אתה מכרתו לי ועדיין לא נתתי דמיו אם תרצה קח דמיו או הרי שלך לפניך׃ או שאמר

§. 11. Ita si dicat ad ipsum, tu mihi vendidisti eum, nondum autem tibi pretium ejus solvi, si volueris, accipe pretium ejus, aut ecce, quod tuum est, maneat tuum. Vel si dicat

לו אתה נתתו לי בשכר מלאכה שאעשה לך אם תרצה שאעשה לך או קחנו ולך׃ תועה בדרך מצאתיו ולא ידעתי שהוא שלך עכשיו שידעתי קחנו ולך׃ או שאמר אחר פרתי רץ והרי הוא לפניך ונשבע על כל טענה מאלו פטור משבועת הפקדון שהרי לא פטר עצמו מכלום וחייב בשבועת בטוי שהרי נשבע על שקר׃

ad eum dedisti eum mihi in mercedem ejus operis, quod tibi præstiturus sum, si volueris exequar illud, aut accipe eum, (*bovem*) atque retine. (*Vel si dicat*) inveni eum errantem in via, neque scivi, quod is ad te pertineat, nunc cum sciam, accipe eum atque retine. Vel si dicat, cum vacca mea venit, & ecce hîc vides eum, atque juret in singulas exceptiones, liber est ab jurejurando depositi, quia profecto nihil quicquam est, à quo se ipsum liberet, tenetur autem propter jusjurandum promissorium, quia falsò juravit.

יב מי שהיה חייב ממון לשני שותפין ותבעו אחד מהן וכפר בו ונשבע חייב בשבועת הפקדון שהרי כפר ממון׃ תבעוהו שניהם והודה בכל לאחד מהם ואמר לא לויתי אלא מזה לבדו ונשבע פטור

§. 12. Qui pecuniam debet duobus sociis, eamque uni istorum reposcenti negat, juratque, ille tenetur propter *jusjurandum depositi*, quia negat *bona*. Si uterque eam repetat, is vero uni eorum confiteatur totam, dicendo: mutuo accepi, sed ab hoc solum, juretque, liber est ab jurejurando

משבועת הפקדון שהרי לא פטר עצמו מכלום אבל חייב בשבועת בטוי:

jurando depositi, quia non liberat se ipsum à re quapiam, tenetur autem propter *jusjurandum promissorium*.

יג וכן מי שהיתה עליו מלוה [10] בשטר וכפר בה ונשבע פטור משבועת הפקדון שהרי בשטר נשתעבד הקרקע ונמצא זה ככופר בקרקע וכבר בארנו [11] שהכופר בקרקע פטור משבועת הפקדון וחייב בשבועת בטוי שהרי נשבע על שקר:

§. 13. Ita, qui mutuum accepit dato chirographo, negat autem illud, atque jurat; ille liber est ab jurejurando depositi, quia literis obligatur fundus, unde reputatur ac si negaverit fundos. Dudum vero explicuimus, quod is qui negat fundos, liber sit ab *jurejurando depositi*, obligetur autem propter *jusjurandum promissorium*, quia jurat falso.

יד היתה עליו מלוה בעדים בלבד וכפר ונשבע חייב בשבועת הפקדון שהרי פטר עצמו בכפירתו מלשלם עתה ואף על פי שכשיבואו העדים יתחייב לשלם ונמצא שלא הועיל לו כפירתו הרי הועילה בעתה

§. 14. Qui mutuo quid possidet testibus solum consciis, negat autem illud atque jurat, is obligatur propter *jusjurandum depositi*, quia se ipsum negando liberat à præsenti solutione. Quamvis enim testibus accedentibus teneatur ad restituendum, atque appareat, quod negatio eum nihil juvet, profecto juvat

ושמא לא יבואו העדים או יבואו ולא תתקיים עדותן או יפסלו ולפיכך חייב:

tamen impræsentiarum imò forte non venient testes, aut si venerint, testimonium ipsorum non valebit, aut illegitimi erunt. Et ideo tenetur.

ANNOTATIONES.

[1] Præcipua, quæ de pœna furti in isto tractatu dicuntur, sunt, ut rei ablatæ, & *prutâ* ad minimum dignæ (qui enim rem minoris pretii auffert furtum secundum Magistros non committit) vel *duplum*, vel *quadruplum*, vel *quintuplum* restituatur. Vid. *Exod.* 21:37. & 21:6. Nemo autem tenebatur ad has compensationes, nisi testibus convictus. Qui verò sua sponte confessus erat, rem ablatam solam reddebat. Immunes planè ab hac mulcta erant servi, ita ut nec dominus ex eorum furto obligaretur. Non item manumissi. Nec duplum solvebatur rei Sanctæ, & gentili surreptæ, quod dicatur *reddat duplum* לרעהו *socio suo*, non autem *gentili*, aut *rei Sanctæ*. Raptori lex *Lev.* 5. injungit, ut eum forte quintam ejus solum restituat, quod sane mirum est, cum raptoris culpa videatur major. *Maimonides* in *More Nebh.* part. III. cap. 41. causam ejus rei hanc affert, quod furtum frequentius sit & facilius quam rapina, adeoque graviori pœna inhibendum. Melior est hæc ratio, quam R. *Johannis* F. *Zachæi*, qui causam illius rei rogatus, ita resqondit ad *Baba Kama* cap. 7. זה השוה כבוד עבד לכבוד קונו וזה לא השוה כבוד עבד לכבוד קונו׳ *ille domini observantiam æquat*, *hic non æquat*, q. d. raptor non magis homines reveretur, quam Deum, fur autem plus homines, quam Deum. Ceterum Romani quoque alia furta, quæ nec *manifesta* appellant, *duplo*, alia vero, quæ *manifesta* dicuntur, quadruplo mulctarunt.

ctarunt, discrimine sublato inter servos & liberos, quorum illi ex leg. XII. tab. e saxo præcipitabantur, hi autem verberibus cæsi ei cui furtum erat factum addicebantur, (a) Ita aliarum gentium leges si Draconis illas, quas tamen Solonem correxisse, testis est *A. Gell. cit. loc.* excipias, furto mulctam solum imposuere. Quæritur ergo merito annon aspera nimis sit constitutio *Friderici* II. 2. F. *tit. de pace tenenda*, & *Caroli* V. *art.* 157. *Const. Imp. Ca. Crim.* qui fures suspendi sanxerunt. *Grotius* qui *Scoti* sententiam, *fas non esse quenquam ad mortem damnare nisi ob delicta, quæ lex per Mosen data morte punivit*, approbat (b), aliique nullam esse inter rem furto ablatam, & vitam hominis proportionem clamantes, id affirmant. Verum existimo recte *Grotio* opponi, Leges Mosaicas *forenses* & Reipublicæ Judaicæ accommodatas fuisse, neque alios obligare, nisi quatenus volunt omne delictum esse puniendum, determinationem vero pœnarum in unaquaque Republica faciendam ex fine earum, qui præcipuè est tranquillitas & pax publica; Ad hunc finem obtinendum mox graviori mox mitiori pœna delicta puniri poterunt, imo debent ipso *Grotio* id fatente (c). Contra ceteros, qui nullam proportionem inter rem ablatam & vitam hominis dicunt, verba *Vinnii* ad l. 5. *Just. de Oblig. ex delict.* adscribi merentur. *Illa proportio, quæ debet esse culpam inter & pœnam, non spectat absolute & nude materiam delicti. Sed habet respectum ad hunc finem, ut in quieto sit Vita communis & imperturbata maneat civium inter se societas.*

(a) *Vid. A. Gellii Noct. Attic.* Lib. 2. 18. & § 5. *Inst. de Oblig. ex delicto.*

(b) J. B. & P. Lib. 2. Cap. 1: 14.

(c) *Lib. cit. Cap.* 20: 34, 35.

[2] Quod attinet ad pœnam, quam solvere tenetur dominus, cujus bos alterius servum occidit, 30. sicli intelliguntur *Exod.* 21: 32. ut liquet ex *Hilc. Neske Mammon Cap.* 10: 14. נ"ל שא"עפ שהתם שהמירת בכוונה עבד או שפחה פטור מן הקנס שהוא שלשים סלע *Videtur mihi, etiamsi innocuum animal intentione occiderit servum aut ancillam, quod liber sit a pœna, quæ est* 30. *siclorum.* Conveniunt hæc cum civilibus Romanorum legibus, quæ pariter exi-

 gunt

gunt pretium pro servo à bove alterius occiso, *arg.* l. 2. ad L. *Aquil.* Quanquam enim in ea lege non agatur de bove occidente, regula tamen *Ulpiani* ad *Leg. Corn.* de *Sicariis* l. 15. *Nihel interest occidat quis an causam præbeat*, id concludi jubet. De pœna vero domini, qui servi oculum eruit, aut dentem excussit, sciendum est, quinque fuisse solvenda illi, qui liberum hominem membro aliquo mutilaverat נזק׳ ורפוי׳ ושבת׳ ובשת׳ וצער׳ *damnum*, *curationem*, *cessationem*, *ignominiam*, & *dolorem*. Ex istis primum appellant קנס *mulctam* argumento *Lev.* 24: 20. ex voce תחת desumto, quam improprie sumendam esse cum ceteris Magistris docet *Maimonid.* in *Hilc.* & *cap.* cit. §. 3. מפי השמועה למדו שזה שנאמר תחת לשלם ממון הוא *traditione didicerunt, id quod scribitur* תחת *pro*, sive *vice ad repondendam pecuniam spectare.* Falsam esse hanc expositionem, nostrum nunc non est demonstrare. Quod huc pertinet, notandum est, dominum, qui servum *Hebræum* læserat, ad hanc mulctam & reliqua, excepta שבת *cessatione*, pariter teneri, teste auctore eodem *Hilc. cit. cap.* 4: 10. חובל בעבד עברי חייב בכולן חוץ מן השבת *qui lædit servum Hebræum tenetur ad omnia* (quinque memorata) *extra cessationem.* De domino autem, qui Servum Cananæum læsit, cit. loc. sic dicit חובל בעבד כנעני שלו פטור *qui lædit servum suum Cananæum liber est.* Falso hæc principio nituntur, quasi vero lex *Exod.* 21: 26. de Servo Cananæo solum, non item de *Hebræo* loquatur. Nos existimamus legis istius sensum esse, ut tam Hebræus, quam Cananæus Servus ob corporis detrimentum libertate donentur. Contra injurias servis Romanis prospexit *Divus Antonius* rescripto ad *Ælium Marcianum* (a) *si vel durius habitos* (servos) *quam æquum est, vel infami injuria adfectos esse cognoveris, venire jube, ita ut in domini potestatem non revertantur.*

(a) Vid. §. 2. *Inst. de His qui sui vel alieni juris.*

(3) Discrimen duplicis hujus stuprationis, & diverso-

rum

rum circa utramque Jurium, petendum est ex duobus locis *Exod.* 22: 16. & *Deut.* 22: 28, 29. in quorum priori agi de stupratione voluntaria, verbum יפתה à פתה quod in *pihel blandiendo decipere* significat, & proinde ab *Onkeloso* pariter ac *Syro* voce שדל exprimitur, liquido satis declarat. In posteriori vero de violenta stupratione sermonem esse, è voce תפסה *apprehendens eam*, pro qua substituunt LXX. *βιασάμενος αὐτὴν*, non immerito concluditur. Accedit, quod verba אם ימצא איש *si invenerit quispiam* puellam, talem stuprationem innuant, quæ casu fit, sine ulla donorum vel matrimonii pollicitatione. De differentia autem inter Violentum stupratorem, & pellicientem ita scribit *Maimonides* (a) אי זה הוא מפתה ואי (a) *Hilc.* זה הוא אונס מפתה לרצונה אונס שבא עליה בעל כרחה *Naarah Bethula* *Quis est pelliciens, & violentus stuprator? qui pellicit, is volentem, qui cogit, is nolentem stuprat.* Addit virginem in Cap. 1: 2. agro vitiatam, VI stupratam fuisse præsumi, non item eam, quæ in urbe stuprata fuit, nisi testes aliter dixerint. Nec sine ratione: *potuisset* enim, ut cum *Grotio* loquar (b) quæ (b) *de J.* in urbe stuprata est, *clamore concursum hominum ciere*, quæ B & P. II. verò in agro est vitiata, non item. 2: 12, 4.

[4] Rationem hujus rei affert Noster in *Hilc. Naarah Bethula* cap. 2: 12. אין אדם משלם קנס מכל מקום בהודאת פיו אלא על פי עדים *nemo unquam solvit pœnam ex propria confessione, sed testium convictione.* Mulctæ autem nomine, quam violentus æque ac pelliciens stuprator solvere tenenur, 50. illos argenteos sive siclos intelligit *Deut.* 22: 29. quod patet ex *Hilc. cit.* cap. 1: 1. מי שפיתה בתולה קונסין אותו משקל חמשים סלעים של כסף מזוקק הוא הנקרא קנס וכן אם אונס אותה וקנס זה מצוה עשה של תורה שנאמר ונתן האיש השוכב עמה לאב הנערה חמשים כסף *Qui virginem pellexit, eum mulctant pondere 50. siclorum argenti puri, & hoc vocatur* קנס

mulcta ;

mulcta; & ita quoque res ſe habet cum violento ſtupratore. Hæc mulcta eſt præcepta à lege, quia (a) *dictum eſt & dabit Vir, qui concubuit cum ea* 50. *argenteos* (ſiclos) *patri puellæ.* In hac mulcta ſolvenda rationem habent & ætatis & conditionis Virginum ſtupratarum. Reſpectu ætatis requirunt, ut Virgo ſtuprata tres annos impleverit, nondum autem pubes facta fuerit, quod cum ratione ſua in *Hilc.* & *cap. cit.* §. 5. ſic legitur: ומאימתי יהיה לבת קנס מאחר שלש שנים גמורות עד שתבגור׃ נבעלה בתוך שלוש שנים אין ביאתה ביאה׃ בא עליה משבגרה אין לה קנס שנ׳ נערה בתולה לא הבוגרת׃ i. e. *a quo tempore puellæ mulcta eſt ſolvenda?* (Reſp.) *à tertio anno impleto uſque dum pubes facta fuerit. Quæ ſtuprata eſt intra tres annos, ejus concubitus non eſt concubitus. Qui ſtupratur poſtquam pubes facta eſt, ci non debetur mulcta, quia dicitur* (b) *puella juvenca non adulta.* Incipiebat autem pubes fieri poſt duodecim annos & ſex menſes (c). Reſpectu conditionis excludebantur ab hac mulcta decem hæ Virgines: הבוגרת׃ והממאנת. והמגורשת ׃והאילונית׃ והשוטה׃ והחרשת׃ והגיורת׃ והשבויה׃ והמשוחררת׃ והיוצא עליה שם רע *Pubes. Renuens* (filia minorennis deſponſata, ſed quæ noluit ſponſo conſueſcere.) *Expulſa. Sterilis puella. Stulta. Surda. Proſelyta. Captiva. Manumiſſa. Quæ habet malam famam.* Item non ſolvebatur mulcta, ſi coitum cum puella flagellationi, aut pœnæ mortis judicii Lex ſubjiceret, qualis erat ſtupratio puellæ ſanguine ſtupratori junctæ. Vid. *cit. loc.* Cum autem hæc mulcta ad patrem pertinuerit, non immerito quæritur, an violentus ſtuprator puellæ dotem dare, & qui pelliciendo virginem ſtupravit, eam præterea ducere obligatus fuerit, hoc diſcrimine ab violento ſtupratore, ut ille uxorem repudiare potuerit, hic non item. Negant utrumque Rabbinorum plurimi. Nos id affirmamus cum Cl. MEJERO in *Uxore Chriſtiana Sect.* 4. cap. 3. Ceterum Varios apud varias gentes ſtupra puniendi modos

(a) *Deut.* 22: 29.

(b) *Exod.* 22: 16.

(c) *Vid. Hilc. Iſchiot.* Cap. 2: 2.

modos videsis apud *Seldenum* in *Uxore Hebraica* lib. 1. cap. 16.

[5] בשת ופגם *ignominia* & *damnum*. His vocibus denotantur mulctæ, quæ à Rabbinis sunt institutæ præter 50. illos siclos de quibus *paragr. praeced.* egimus. Addunt quoque tertium genus mulctæ nomine צער *doloris*, quod violento stupratori soli supra memoratas mulctas erat solvendum, adeo ut strurator violentus quadruplicem mulctæ speciem, qui verò pellexerat virginem, triplicem solvere obligatus fuerit, ipso *Maimonide* sic concludente (a) נמצא המפתה משלם שלשה דברים קנס ובשת ופגם והאונס ארבעה קנס ובושת וצער ופגם *liquet ergo pellicientem solvere tria, mulctam, ignominiam, & damnum, stupratorem autem violentum quatuor, mulctam, ignominiam, dolorem, & damnum.* Has pœnas Magistri ordinariæ mulctæ addidisse videntur, ut conditionis tam Virginum quam stupratorum ratio haberetur. Cum enim ex lege tantum solveret, qui illustris conditionis, quam qui infimæ sortis puellam stupraverat, memoratæ mulctæ Magistratus arbitratu discrimini & stupratoris, & stupratæ attemperabantur, quod *cit. loc.* sic legitur: קנס שוה בכל אחד הבא על בת כהן גדול ואחד הבא על בת גר או ממזר קנסה חמשים כסף אבל הבושת ופגם והצער אינן שוין לכול וצריכין שומא׃ כיצד שומין הבושת לפי המבייש והמתבייש׃ *Mulcta est æqualis omnibus, sive quis stupraverit filiam Sacerdotis summi, sive proselyti, sive nothi, mulcta ejus est 50. siclorum, sed ignominia, damnum & dolor non sunt æqualia, sed opus est æstimatione. Quomodo fit æstimatio ignominiæ? Pro conditione ignominia afficientis, & ignominia affectæ.* De ceteris videsis *Hilc. cit.* Cap. 2.

(a) *Hilc. Naarah Bethula.* Cap. 2. 2.

[6] Diximus n°. 2. quinque fuisse solvenda illi qui vel hominem liberum vel servum Hebræum læserat, atque unum illorum נזק *damnum* (cui addas צער *dolorem*) קנס

V *mulctam*

mulctam appellari, quæ ex propria confessione non solvatur. Quæ igitur hîc læsionem hominis sua sponte confitenti solvenda imponuntur, tria reliqua erunt, שברת בשת וריפוי *cessatio*, *ignominia*, *& curatio*, quæ *Mammonis* sive *bonorum* rationem habent, & reatum agnoscenti compensanda sunt. Confirmantur hæc in *Hilc. Chobel Umassik.* Cap. 5: 6. ubi sic ait Noster ולמה משלם אדם שלשה דברים אלו מפי עצמו שהשבת והבשת וריפוי ממון הוא ולא קנס. *Quare solvit quis hæc tria ex propria confessione?* (Resp.) *quia cessatio, curatio, & ignominia sunt bona, non autem pœna.* Ita quoque inter *Mammon* sive *bona* censetur, quicquid dominus, cujus bos alterius bovem occidit, solvere tenetur. Quantum vero illud sit pro diversis circumstantiis decernitur in *Hilc. Nesike Mammon* Cap. 1.

[7] שהוא שומר חנם *quia est custos gratuitus.* Iste enim depositum furto ablatum vel perditum vel vi sibi ereptum, restituere non tenetur, de quo sic legitur in *Hilc. Sechirot* Cap. 1: 1. שומר חנם שנגנב הפקדון ממנו או אבד ואין צריך לומר אם נאנס הפקדון אונס גדול כגון שהיתה בהמה ומתה או נשבית הרי זה נשבע ששמר כדרך שומרין ופטור׃ *Qui gratis custodit, si depositum furto ei fuerit ablatum, aut perditum; neque opus est dicere, si deposito vis fuerit illata ex. gr. si jumentum sit, & moriatur, aut abigatur, ecce jurat, quod more custodum, depositum custodiverit, & liber est.* Morem vero custodiendi æstimant secundum rerum diversitatem, uti exponitur *in Hilc. Schaalah Upikkaton Cap.* 4: 2. Verba quia prolixa sunt, latine reddita exhibemus: *Quomodo custodiunt?* (Resp.) *pro ratione depositi. Est enim depositum quod custodiri solet ponendo illud in porticu, uti sunt trabes & lapides. Et est depositum, quod custodiri solet, ponendo illud in vestibulo, uti sunt magni fasciculi lini. Et est depositum, quod custodiri solet, ponendo ollud in ædibus ex gr. vestis & Tallis* (i. e tegumen

gumen quod sacra facturi capiti superimponunt.) *Et est depositum, quod custodire solent, ponendo illud in cista, aut turri, & obserando ex gr. Vasa ergentea & aurea.* Iste Hebræorum שומר חנם in eo respondet Romanorum *Depositario*, quia & hujus natura est, ut חנם *gratis* rem sibi concreditam custodiat, l. 1. §. 9. *Depos.* Quare falsum existimo esse, quod *Grotius* dicit, (a) *posse contractum depositi mercedula interveniente misceri, id est ex gratuito semipermutatorium effici.* Quod attinet ad diligentiam in custodiendo adhibendam, leges Romanæ vulgarem, & depositario consuetam, utut quandoque vilissima illa sit, sufficere volunt. Jus vero Hebræorum dum præterea pretii & conditionis rerum statuit rationem esse habendam, nihil decernit contra æquitatem naturalem. *Judicarem* enim cum *Puffend.* (b) *in deposito custodiendo non solum communem, sed & exactissimam quandoque curam adhibendam esse, quando rei depositæ conditio id requirit; puta si pretiosissima sit* &c.

(a) J. B. & P. 11. 12: 11.

(b) J. N. & G. V. 4: 7.

[8[שואל *Commodatarius.* Is Hebræorum legibus omnes casus præstare tenetur, etiam fortuitos, qua de re sic dicitur in *Hilc. Schaalah Upikkaton* Cap. 1: 1. השאיל כלים או בהמה וכיוצא בהן משאר מטלטלים מחברו ואבד או נגנב אפילו נאנס אונס גדול כגון שנשברה הבהמה או נשבית או מתה חייב לשלם הכל *Qui ab socio suo vasa commodato petit, aut jumenta similiaque è rebus mobilibus, si pereant, aut furto auferantur, etiamsi vim maximam patiantur, ex. gr. si jumentum frangatur, abducatur, aut moriatur, tenetur ad restitutionem omnium.* Observandum tamen hæc ita obtinere, si rei commodatæ ante vel post tempus operis quid accidat. Casus vero, quibus res tempore operis, ad quod commodato fuit data, afficitur, שואל iste non præstare tenetur. Leges Romanæ omne quidem damnum culpa lata & levissima datum, non autem fortuitum casum ab suo Commodatario resarciendum volunt l 1. §. 4. de *obl.* & *act.* Quod ad naturalem

(a) J. N. & G. lib. v. 4: 6. (b) J. B. & P. lib. II. 12: 13. (c) Vid. l. 9. §. 4. *loc. & Cond.*

æquitatem attinet, *Puffendorffius* (a) cum *Grotio* (b) censet *videndum esse an res Domino etiam fuisset peritura, si vel maxime commodato non foret data an secus, atque posteriori ratione infortunium compensandum, non priori.* Rectius verò mihi videntur illi sentire, qui commodatarium nunquam ad æstimationem rei, quæ casu periit, teneri existimant, nisi casus ejus dolo acciderit. Quæ enim injuria fieret commodanti, si equus, quem in castris utendum mihi præbuit, periat?

[9] Mercede conductus, qui נושא שכר appellatur, rem furto ablatam, aut amissam resarcire tenetur, non item eam, quæ casu quodam violento periit, uti liquet ex *Hilc. Sechirot* Cap. 1: 2. Verba latinè sic se habent: *Qui accipit mercedem, aut dat mercedem* (JCti Romani dicerent Locator & Conductor) *eodem jure gaudent. Si res commodato data furto ablata aut amissa fuerit, ecce restituere tenentur. Si autem vis magna ei fuerit illata, ex. gr. moriatur, frangatur, abducatur, aut discerpatur, ecce jurant, & liberi sunt.* Conveniunt hæc cum rescripto *Antonini* in causa gregis abductæ (c) *Si capras latrones citra tuam fraudem abegisse probari potest, judicio locati casum præstare non cogeris.*

[10] De discrimine inter mutuum, quod בשטר *mediante chirographo*, & illud, quod præsentibus solum testibus datur, videsis *Hilc.* מלוה ולוה Cap. XI. & seq.

[11] Videsis, quæ diximus ea de re pag. 136.

CAPUT

CAPUT IX.

א התובע עדיו להעיד לו עדות שיחייב הנתבע בעדותן [1] לבדה ליתן לתובע זה ממון המטלטל· וכפרו בעדותן ונשבעו· בין שנשבעו בבית דין בין שנשבעו חוץ לבית דין הרי אלו חייבין משום שבועת העדות· שהרי הפסידוהו ממון בכפירתם· וכן אם השביעם התובע וכפרו בו אף על פי שלא נשבעו הן ולא ענו אמן אחר שבועתו כיון שכפרו הרי אלו חייבין והוא שישביעם בבית דין:

§. 1. Quando quis testes requirit ad testimonium sibi præbendum, si ipsorum testimonio solo debitor reus peragi possit, quod postulanti (*actori*) res mobiles debeat, negent tamen testimonium, atque jurent, sive jurent in judicio, sive jurent extra judicium, ecce tenentur *jurejurando testimonii*, quia negando damnum intulerunt *bonis*. Ita si actor eos adjuret, ipsi vero negent, quamvis non responderint *Amen*, post ejus jusjurandum, quia tamen negarunt, ecce obligati sunt, ea conditione, si adjuraverit eos in judicio.

ב אין העדים חייבין בשבועת העדים עד [2] שיכפרו בעדותן בבית דין· בין שנשבעו או השביען בבית דין בין

§. 2. Non tenentur testes *jurejurando testium*, nisi testimonium suum negaverint in judicio. Sive jurent in judicio, sive adjuret eos quispiam in judicio,

שנשבעו או השביען חוץ לבית דין והכפירה בבית דין בלבד שנאמר אם לא יגיד ונשא עונו [3] מקום שיגיד ויועיל הוא שאם לא יגיד שם יתחייב:

(a) Lev. 5: 1.

cio, ſive jurent aut adjuret eos extra judicium (*ſc. tenentur.*) Negatio autem in judicio ſola (*reos facit*) quia ſcriptum eſt (a) *ſi non indicet, feret iniquitatem ejus.* Id eſt eo loco, ubi, ſi indicaverit, prodeſt, ſi non indicaverit, tenetur.

ג תבען בעדות שאינה מחיברת ממון או בעדות קרקעות או עבדים או שטרות וכפרו ונשבעו פטורין משבועת העדות: שאין חיבין אלא על כפירת עדות ממון [4] שדומה לפקדון ותשומת יד וגזל ואבדה שפרטן הכתוב בפרשה שהן מטלטלין שגופן ממון וכשיעידו לזה יתן זה:

(b) Lev. 5: 23.

§. 3. Si requirat ab iis teſtimonium, quod de *bonis* non convincit, aut teſtimonium in cauſa agrorum; vel ſervorum, vel literarum contractus, ipſi vero negent, atque jurent, immunes ſunt ab jurejurando teſtimonii, quia non tenentur niſi ob negationem teſtimonii *bonorum*, quod ſimile eſt *depoſito*, *ſocietati*, & *perdito* quæ diſtinctè exprimit ſcriptura (b) & *mobilia* ſunt, quorum ſubſtantia bonorum rationem habet, ita ut quando teſtantur huic alter tradere poſſit.

ד וכן המשביע עדי קנס וכפרו פטורין

§. 4. Ita ſi quis adjuret teſtes *mulctæ*. ipſi verò negaverint, liberi ſunt ab *jurejurando*

משבועת העדות׃ מפני שאם קדם הנתבע והודה בקנס יפטר מלשלם. ואף על פי שבאו העדים אחר כן והעידו נמצאו העדים לא חייבו זה בעדותן לבדה אלא עדותן עם כפירת הנתבע היא המחייבת אותן והואיל ושם הודה לא תועיל עדותן אם כפרו בה ונשבעו פטורין׃

ה משביעכם אני שתבואו ותעידו לי שיש לי ביד פלוני תשלומי כפל ותשלומי ארבעה וחמשה וכפרו חייבין בשבועת העדות מפני הקרן שהוא ממון לא מפני הכפל שהוא קנס וכן אם השביעם שיעידו לו [5] שאנס פלוני או פתה בתו וכפרו חייבין בשבועת

rejurando testimonii, quia si antevertat eos debitor, & confiteatur mulctam, liberabitur ab solutione. Etsi testes postea veniant, atque testentur, eum tamen non reum peragunt testimonio suo solum, sed testimonium ipsorum una cum negatione debitoris, hoc eos reos peragit, & quia, si confiteatur, non juvat ipsorum testimonium, ita si negent, atque jurent, liberi sunt.

§. 5. (*Qui dicit*) Adjuro vos, ut veniatis, & testemini, quod mihi quis debeat compensationes *dupli*, *quadrupli* aut *quintupli*, ipsi verò negent, tenentur jurejurando testimonii propter rem principalem, quæ in *bonis* est, non propter *duplum*, quod *mulcta* est. Ita si quis adjuret eos, ut testentur sibi quod aliquis vi stupraverit, aut pellexerit filiam suam, ipsi verò negent, tenen-

העדות מפני הבושת והפגם שאם הודה בהם הנתבע משלם לא מפני הקנס וכן כל כיוצא בזה:

tenentur jurejurando testimonii ratione *ignominiæ* & *damni*, quia si accusatus confiteatur ea, solvit, tamen, non autem ratione mulctæ, *& sic in similibus*.

ו אין העדים חייבין בשבועת העדות עד שכפרו וישבעו אחר תביעת [6] בעל דין עצמו או שלוחו אבל אם קדמו ונשבעו קודם שיתבעם פטורין משבועת העדות:

§. 6. Non tenentur testes jurejurando testimonii nisi negaverint, & juraverint post petitionem actoris ipsius, aut ejus procuratoris. Verum si anteverttant atque jurent antequam requisiverit eos, liberi sunt ab jurejurando testimonii.

ז כיצד ראו התובע הולך אחריהן אמר למה בא אחרינו שבועה שאין אנו יודעין לך עדות הרי אלו פטורין משבועת העדות מפני שלא תבען התובע אלא הם קדמו ונשבעו בתביעת עצמן וכן אם השביעם הנתבע שאם תדעו לזה שתובע

§. 7. Quomodo? Cum videntes, quod actor eos insequatur, dicant, quare insequeris nos, jusjurandum sit, quod ignoremus Tibi testimonium. Ecce illi liberi sunt ab jurejurando testimonii, quia non requisivit eos actor, verum illi anteverterunt eum atque jurarunt petitione sua ipsorum. Ita si debitor adjuret eos ut, si sciant actori testimo-

אותו עדות שתבואו ותעידו לו וכפרו הרי אלו פטורין משבועת העדות עד שישביעם התובע ואין צריך לומר אם השביעם שיבואו ויעידו שיש לפלוני ביד פלוני ממון וכפרו שהן פטורין שאין זה תובע בעל דין עצמו וכן אם קדמה שבועה לעדות הרי אלו פטורין משבועת העדות שנאמר ושמעה קול אלה והוא עד שקדמה עדות לשבועה לא שקדמה שבועה לעדות:

testimonium, veniant atque testentur ei, ipsi verò negent, ecce illi liberi sunt ab jurejurando testimonii, usque dum adjuret eos actor ipse. Neque opus est dicere, si adjuret eos, ut veniant, atque testentur, quendam alteri *bona* debere, ipsi verò negent, quod liberi sint, quia is qui requirit, non est actor ipse. Ita si jusjurandum præcedat testimonium, ecce illi liberi sunt ab jurejurando testimonii, quia dicitur, *& audierit vocem blasphemiæ, atque testis sit*, *Lev.* 5:2. ut testimonium præcedat jusjurandum, non ut jusjurandum præcedat testimonium.

ח כיצד משביע אני עליכם כשתדעו לי עדות שתבואו ותעידוני ואמרו אמן וידעו לו עדות אחר כן ותבעם להעיד וכפרו בו הרי אלו

§. 8. Quomodo? (*si dicat*) Adjuro vos, ut si sciveritis mihi testimonium, veniatis, atque testemini, ipsi vero respondeant *Amen*, si postea testimonium sciant, atque requirat eos, ipsi verò negent, ecce illi

פטורין משבועת העדות:

liberi sunt ab *jurejurando testimonii.*

ט אין העדים חייבים בשבועת העדות עד שייחד אותם התובע וישביע או ישבעו. כיצד עמד בבית הכנסת ואמר משביע אני כל מי שידע לי עדות שיבא ויעיד לי וענו כולם אמן ועדיו בכללם ואחר כך תבע עדיו וכפרו בו הרי אלו פטורין משבועת העדות· מפני שלא ייחד עדיו בשבועה בפני עצמן: אבל אם אמר משביע אני כל העומדים כאן שאם ידעו לי עדות שיבואו ויעידו לי והיו עדיו בכללם וכפרו הרי אלו חייבין בשבועת העדות שהרי ייחדם בכלל אחרים:

§. 9. Non tenentur testes *jurejurando testimonii*, nisi speciatim nominet eos actor, atque vel adjuret eos vel ipsi jurent. Quomodo? Si stet in Synagoga atque dicat, adjuro omnem qui scit mihi testimonium, ut veniat, atque testetur, omnesque respondeant *Amen*, ac testes ejus inter illos. Si postea requirat testes suos, ipsi verò negent, ecce illi liberi sunt ab jurejurando testimonii, quia non speciatim nominavit testes suos jurejurando proprio. Verum si dicat, adjuro omnes hic præsentes, ut, si sciant mihi testimonium, veniant, atque testentur mihi, testes etiam inter eos negent, ecce illi tenentur jurejurando testimonii, quia speciatim nominavit eos inter ceteros.

§. 10.

י וכן אם אמר לעדים באו והעידו לי שיש לי [8]מנה ביד פלוני׳ ואחר כך עמד בבית הכנסת והשביע כל מי שיודע לו עדות יבוא ויעיד ולא באו ולא העידו הרי אלו חייבין שהרי תבען תחלה׃ והוא שיהיו אז בבית הכנסת ויהיה [9]שם ב״ד׳ אבל אם לא היו בפני בית דין אם ענו אמן חייבין בשבועת העדות כשיכפרו בעדותן בב״ד ואם לא ענו אמן אינן חייבין׃

§. 10. Ita si dicat ad testes venite atque testamini, quod aliquis *Libram* mihi debeat. Postea vero stans in Synagoga adjurat omnes, qui sciunt ei testimonium, ut veniant, atque testentur, si ipsi quos adjuraverat non veniant, atque testentur, rei sunt, quia requisiverat eos antea. Atque hoc ea conditione si tunc fuerint in Synagoga, atque ibidem sit judicium. Verum si non fuerint coram judicio, & responderint *Amen*, tenentur jurejurando testimonii, cum negarint testimonium suum in judicio, si autem non responderint *Amen*, non tenentur.

יא אחד המשביע עדיו בשבועה׃ או שאמר להן מצוה אני עליכם בשבועה אוסרכם אני בשבועה הרי אלו חייבין והוא שישביעם בשם או בכינוי מן הכנוים כמו שבארנו׃

§. 11. Sive quis adjuret testes suos jurejurando, aut dicat, *præcipio ego vobis jurejurando*, *obligo vos jurejurando*, ecce illi tenentur, atque hoc ea lege, si adjuret eos in *Nomine* aut *cognomine* ex *cognominibus*, sicut explicuimus.

יב ואין העדים חייבין עד שישביעם בלשון שהם מכירין אותה:

§. 12. Neque tenentur testes, antequam adjuraverit eos linguâ ipsis cognita.

יג הנה למדת שאין העדים חייבין בשבועת העדות אלא על פי עשרה דברים ואלו הן שיתבעם התובע· ושתהיה עדות ממון· ושיהיה ממון המטלטל· ושיתחייב הנתבע לשלם בעדותן לבד אם העידו· ושיכפרו אחר שתבען התובע· ושיכפרו בבית דין· ושתהיה שם שבועה בשם או בכינוי· ושתקדם ידיעת העדות לשבועה· ושיחד עדיו בעת השבועה או בעת התביעה· ושתהיה השבועה בלשון שהן מכירין אותה:

§. 13. Ecce discis, quod testes non teneantur jurejurando testimonii nisi propter decem res, quæ sunt: *ut requisiverit eos actor. Ut sit testimonium de bonis. Ut bona sint mobilia. Ut debitor ipsorum testimonio solo obligetur ad solvendum. Ut negaverint postquam requisivit eos actor. Ut negaverint coram judicio. Ut jusjurandum sit in Nomine aut Cognomine. Ut cognitio testimonii præcedat jusjurandum. Ut tempore jurisjurandi aut petitionis testes suos nominet speciatim. Ut jusjurandum fiat lingua ipsis cognita.*

יד כל מקום שאמרנו פטור [פטור] משבועת

§. 14. Semper, quando diximus *liber est*, (*intellige liber est*) ab jurejurando

העדות אבל חייב בשבועת בטוי והוא שנשבע או שענה אמן אם השביעו אחר שהרי נשבע על שקר: אבל המחוייב בשבועת העדות אף על פי שהוא נשבע על שקר ואף על פי שהוא מזיד אינו חייב משום שבועת בטוי אלא משום שבועת העדות בלבד: שהרי הכתוב הוציא שבועת העדות מכלל שבועת ביטוי לחייב המזיד בה כשוגג בקרבן אבל לא במלקות שנאמר לאחת מהנה: במין אחד ממיני שבועות אתה מחייב הנשבע ואי אתה מחייבו בשני מינין עד שיהיה חייב בדין שבועת העדות ובדין שבועת ביטוי:

rando teſtimonii, verum tenetur *jurejurando promiſſorio*, atque hoc ea lege, ſi juraverit, aut reſponderit *Amen*, ſi adjuret eum alius, quia juravit falſò. Qui vero tenetur jurejurando teſtimonii, etiamſi pejeret, & licet ſciens id agat, non tenetur jurejurando Promiſſorio, ſed jurejurando teſtimonii ſolum. Quia ſcriptura ſeparat jusjurandum teſtimonii ab jurejurando promiſſorio, ut ſcientem æque ac ignorantem *ſacrificii* reum faciat, non autem *flagellationis*, quia dictum eſt, *uni ex illis*, *id eſt* unius ex jurisjurandi ſpeciebus reum perages jurantem, neque duabus ſpeciebus reum perages ut obnoxius ſit judicio jurisjurandi teſtimonii, & judicio jurisjurandi promiſſorii.

טו משביע אני עליכם אם לא תבאו ותעידו

§. 15. (*Qui dicit*) Adjuro vos, niſi veniatis, &

לי שיש לי ביד פלוני פקדון ותשומת יד גזל ואבדה· שבועה שאין אנו יודעין לך עדות אינן חייבין אלא אחת· שבועה שאין אנו יודעין לך עדות שיש לך ביד פלוני פקדון ותשומת יד גזל ואבדה חייבין על כל אחת ואחת:

testemini, quod mihi apud aliquem sit *depositum mutuum*, *raptum*, aut *perditum*. (*ipsi vero respondent*) juramus, quod ignoremus testimonium; illi *semel* tenentur. (*Sic autem dicentes*) juramus, quod ignoremus testimonium, te apud quendam habere *depositum*, *mutuum*, *raptum*, & *deperditum*, tenentur super unoquoque.

יו משביע אני עליכם אם לא תבואו ותעידו לי שיש לי ביד פלוני חטים ושעורים וכוסמין· שבועה שאין אנו יודעין לך עדות אינם חייבין אלא אחת· שבועה שאין אנו יודעין לך עדות שיש לך ביד פלוני חטים ושעורים וכוסמין חייב על כל אחת ואחת:

§. 16. (*Si dicat*) Adjuro vos, nisi veniatis; & testemini, quod mihi apud quendam sit *triticum*, *hordeum*, & *spelta*. (*si ipsi dicant*) juramus, quod ignoremus tibi testimonium, tenentur tantum semel. (*ita vero*) juro, quod nesciam testimonium te apud quendam habere triticum, hordeum, & speltam, ille tenetur propter unum quodque.

יז וכן אם תבעו אותן רבים להעיד להם ואמרו

§. 17. Ita si multi eos requirant, ut testentur illis,

שבועה שאין אנו יודעין לכם עדות אינן חייבין אלא אחת· לא לך ולא לך ולא לך חייבין על כל אחת ואחת כדרך שבארנו בשבועת הפקדון:

lis, ipsi vero dicant, *jusjurandum sit*, quod nesciamus vobis testimonium, non tenentur nisi *semel*. (*Si dicant*) Non Tibi, non Tibi, non Tibi, rei sunt singulorum, quemadmodum explicuimus in *Hilcot* Depositi.

יח הנשבע לחבירו שהוא יודע לו עדות ונמצא שאינו יודע לו עדות הרי זה פטור ואין כאן לא שבועת העדות ולא שבועת הבטוי מפני ששבועת ביטוי אינה אלא בדבר שיש בו לאו והן· ואם יאמר שבועה שאיני יודע לך עדות אין זה שבועת בטוי אלא שבועת העדות הואיל ולאו זה שיש בה אינה שבועת בטוי· כך הן שבה שהוא הנשבע שיודע

§. 18. Qui jurat socio suo, quod sciat ei testimonium, atque postea apparet, quod ignoret testimonium, ille liber est, neque est *jusjurandum testimonii*, nec *promissorium*, quia jusjurandum promissorium non locum habet nisi in re, in qua est *non* vel *ita*. Si verò dicat, juro, quod nesciam Tibi testimonium, hoc non est jusjurandum promissorium, sed testimonii, quia illud *non*, quod in eo est, non facit jusjurandum promissorium. Similiter *ita*, quod in eo est. Si juret, quod sciat ei testimonium, hoc

non

לו עדות איני שבועת בטוי:

non eſt jusjurandum promiſſorium.

יט דבר ברור הוא שהנשבע לחבירו שהעיד לו והוא לא העיד או שלא העיד לו והוא העיד הרי זה חייב משום שבועת בטוי ואין כאן שביעת עדות כלל:

§. 19. Res clara eſt, qui jurat, ſe teſtimonium ſocio daturum, non autem teſtatur, aut, ſe non daturum ei teſtimonium, atque teſtatur, ecce ille tenetur jurejurando promiſſorio, neque ulla ratione hîc eſt jusjurandum teſtimonii.

ANNOTATIONES.

[1] Tribus illis vocibus לבדה / ממון & מטלטל totidem jurisjurandi teſtimonii requiſita indicantur. Quod ſi enim duæ eſſent teſtium catervæ, & prior jurejurando interpoſito, ſe teſtimonium ignorare diceret, non tamen teneretur jurejurando teſtimonii, quia non ejus teſtimonio לבדה *ſolum* debitor convinci debebat. *confer. cap.* 10: 15. ita vocibus ממון & מטלטל innuitur jusjurandum teſtimonii committi circa *bona corporalia* & *mobilia*, adeo ut obligationes literarum, itemque agri, ſervi *&c.* excludantur a materia jurisjurandi teſtimonii. Alia requiſita videſis §. 13.

[2] Id vult dicere auctor, etſi quis extra judicium adjuratus ſe teſtimonium ſcire *neget*, eum tamen *jurejurando teſtimonii* non peccare; hinc *Bartenora* teſte ad *Tr. Schebhuot* cap. 4: 3. dicere ſolent Magiſtri אין כפירה חוץ לב"ד חשובה כפירה *negatio extra judicium non reputatur negatio.*

[3] Locus

[3] Locus iste est בית דין *judicium*, auctore nostro se ipsum ita explicante ad *cit. Tr.* cap. 4: 3. ubi *negatio*, inquit, *in judicio tantum obtinet, quia dicitur Lev.* 5: 1. אם לא יגיד ונשא עונו *nisi indicaverit, portabit ejus iniquitatem, tali scilicet loco, ubi indicatio prodest, qui est* בית דין *judicium.*

[4] Rationem hujus similitudinis desumunt ex collatione *Lev.* 5: 1. & *Lev.* 4: 2. Cum enim in priori loco agatur de *jurejurando testimonii*, in posteriori de *jurejurando Depositi*, in utroque autem verbum תחטא *peccabit* legatur, etiam parem utriusque jurisjurandi volunt rationem esse. Docent id *Bartenora* & *Maimonides* ad *cit. Tr.* & *cap.* §. 8. quorum ille ad vocem *Misnæ* פטורין ita commentatur: דכתיב בשבועת העדות תחטא וכתיב בשבועת הפקדון תחטא מה שבועה הפקדון על תביעת ממון שיש לו על חברו אף שבועת העדות צריך שתהיה על תביעת ממון שיש לו עליו׃ *Quia de jurejurando testimonii dictum est, (Lev.* 5: 1.) תחטא *& de jurejurando depositi quoque scriptum* תחטא. *Ast sicut jusjurandum depositi versatur circa petitionem bonorum, quæ quis habet apud alium, ita necesse est, ut jusjurandum testimonii fiat in petitione bonorum, quæ ei sunt apud alium.* Ejusdem hoc argumentum farinæ est, cujus illud, quo supra p. 138. Magistros probare vidimus, eadem, qua *jusjurandum depositi*, lingua *jusjurandum testimonii* præstandum esse.

[5] Conferantur, quæ notavimus pag. 148. & seqq.

[6] בעל דין עצמו *actor ipse*. Non teneri testes jurejurando testimonii, nisi vel ipse actor vel procurator ejus, adjuraverit eos, argumento est Magistris vox לוא *Lev.* 5: 1. quam ideo cum ו redundante, insueto more, scriptam esse volunt, ut & negativæ particulæ לא & Relativi לו sensum habeat, uti *Bartenora* & *Maimonides* docent, quorum prior ad *Tr. Schebhuot* cap. 4: 12. ita notavit: דכתיב

אם לוא יעיד מלאבו ו"ו ואל"ף למדרשהכי אם (לו) לא יגיד כלומר לתובע *quia scriptum est*, אם לוא יגיד *Redundat Vau* & *Aleph*, *ut sic interpretemur*, *si* ei non *indicaverit* i. e. *exigenti*.

[7] ייחד *speciatim nominet*. Rationem hujus rei affert ad *cit. Tr.* & *cap.* §. 10. ex *Lev.* 5: 1. והוא עד & *ipse testis sit*. Eam nimirum hîc vult vocis demonstrativæ הוא vim esse, ut testes nominatim vocentur.

[8] מנה fuit duplicis generis, מנה צורי *Mina Tyria* & מנה של מדינה *Mina provincialis*, quarum illa כ"ה סלעים ק זוז *viginti quinque siclos s. denarios centum valebat*, hæc autem pars illius octava erat, interprete S. J. ad *Baba Kama* fol. 90: 2. Eadem fuit סלעים *siclorum* ratio, quorum unus צורי *Tyrius*, alter של מדינה *provincialis* vocabatur. Ille quatuor denarios, hic vero dimidium denarii, adeoque partem *Sicli Tyrii* octavam continebat, uti Glossa interpretatur ad *Kidduschim* fol. 11. סלע דזוזי סלע צורי פלגא דזוזא הוא סלע מדינה *Siclus quatuor denariorum est siclus Tyrius, dimidium denarii siclus provincialis.*

[9] Cave hinc existimes, judicia in Synagogis fuisse habita. Quis enim nescit, סנהדרי גדולה *Synedrium Magnum* בלשכת הגזית ἐν τῷ λιθοστρώτῳ peculiari Templi loco consedisse? Ita סנהדרי קטנה *Synedrium minus* in portis urbum fuisse coactum Maimonides diserte docet (a) מעמידין בכל עיר ועיר שיש בה ק"כ או יותר סנהדרי קטנה ויושבת בשער העיר שנאמר והציגו בשער משפט *in quacunque urbe erant* CXX *cives aut plures, ibi constituebant Synedrium minus, quod sedebat in porta urbis* q. d. (*Amos* v: 15.) Et constituite in porta judicium. Quod ad tertium judiciorum genus, quod בית דין של שלשה *Judicium Triumvirale* vocatur, attinet, illius Tribunal à Synagoga fuisse diversum, insigni patet loco in *Kethubhot*

(a) *Hilc. Sanhedrin Cap.* 1: 3.

bbot fol. 105. 1. והא״ר פנחס א״ר אושעיה שלוש מאות ותשעים וארבעה בתי דינין היו בירושלים וכנגדן בתי כנסיות וכנגדן בתי מדרשות וכנגדן בתי סופרים דיינין טוב׳ היו *Et ecce dixit R. Phineas R. Uschaiam dixisse, trecentas nonaginta quatuor domos judiciorum fuisse Hierosolymis; totidemqve Synagogas; totidemque Academias, totidem etiam Ludos literarios. Adeo ut judices plurimi fuerint.*

CAPUT X.

א היו עדיו או אחד מהן [1] פסול או [2] קרוב ואפילו מפסולי עדות של [3] דבריהם· או שהיה [4] המלך אחד מעדיו שאינו ראוי להעיד· או שהיו עד מפי עד וכפרו ונשבעו פטורין משבועת העדות שאילו הודו והעידו לא היו מחייבין בעדותן ממון:

§. 1. Si testes ejus, aut unus illorum illegitimus, fuerit, aut propinquus, etiamsi ex illegitimis ad testandum constitutione Rabbinorum; aut si unus testium fuerit Rex, qui ineptus est ad reddendum testimonium, aut si fuerit testis ex ore testis, atque isti negent ac jurent, liberi sunt ab *jurejurando testimonii*, quia si confiteantur ac testentur, non obligant ad *bona* testimonio suo.

ב משביע אני עליכם שתבאו ותעידו לי שאמר איש פלוני שיתן לי מאתים זוז ולא נתן וכברו

§. 2. (*Si quis dicat*) Adjuro vos, ut veniatis, & testemini mihi, quod quidam dixerit, se mihi daturum esse ducentos *susos*

הרי אלו פטורין משבועת העדות׃ שאם העידו בדבר זה לא יתחייב הנתבע ממון באמירתו וכן כל כיוצא בזה׃

non autem dedisse, si renuant testimonium, ecce liberi sunt ab *jurejurando testimonii.* Si enim testarentur in hoc negotio, non obligabitur is à quo exigunt, ad *bona* ex sua promissione, *&* *sic in similibus.*

ג תבען להעיד לו שהוא כהן או לוי או שאינו בן גרושה או בן חלוצה וכפרו ונשבעו פטורין משבועת העדות שאין כאן עדות ממון׃

§. 3. Si requirat eos, ut testentur, se esse *Sacerdotem*, aut *Levitam*, aut se non esse filium Repudiatæ, aut filium ejus qui calceum exuit, ipsi vero nolint & jurent, liberi sunt ab jurejurando testimonii, quia hîc non est testimonium de *bonis*.

ד תבען שיעידו לו שחבל בו בנו ושהדליק פלוני גדישו בשבת ושאנס פלוני או פתה בתו המאורשה וכפרו ונשבעו פטורין משבועת העדות׃ שאם העידו עדות זו יתחייב הנתבע מיתת בית דין ואינו חייב

§. 4. Si requirat eos, ut testentur, quod filium suum quis vulneraverit, aut acervum frumenti incenderit Sabbatho; aut quendam vi stuprasse aut pellexisse filiam suam desponsatam, illi autem negent, & jurent, liberi sunt ab jurejurando testimonii, si enim testarentur, is a quo exigitur, obnoxius redderetur morti domus judicii, non autem

תשלומין כמו שבארנו בהלכות נערה וכן כל כיוצא בזה:

autem tenebitur ad compensationes, quemadmodum explicuimus in *Hilcot Naarah. Et sic in similibus.*

ה היה עד אחד וכפר והשביעו פטור משבועת העדות שאין עדות עד אחד מחייבת ממון:

§. 5. Si fuerit unus testis qui neget adjuratus, is liber erit ab *jurejurando testimonii*, quia testimonium unius testis non obligat ad *bona*.

ו תבע את שני עדיו שיעידו לו שזנתה אשתו וכפרו וישבעו הרי אלו חייבין בשבועת העדות שאילו העידו היו מפסידין לה [8] כתובתה ויפטר זה שתבען והרי כפרו בעדות ממון:

§. 6. Si duos testes requirat, ut sibi testentur, uxorem suam adulterium commisisse, ipsi vero negent, & jurent, tenentur *jurejurando* testimonii, quia si testarentur, tollerent dotem & qui requisivit eos liberaretur, quare negarunt jusjurandum testimonii.

ז תבע עדי [9] קנוי או עדי [10] סתירה וכפרו ונשבעו פטורין משבועת העדות שאילו העידו אין חיוב ממון כאן אלא [11] להשקותה בלבד ואף על פי שעדות זו גורמת לה שתפסיד

§. 7. Qui requirit testes *interdicti Zelotypiæ* aut testes *Absconsionis*, si negent, & jurent, liberi sunt ab jurejurando testimonii, quia si testimonium præberent, non oriretur inde obligatio ad *bona*, sed ut *bibat* solum. Et quanquam illud

כתובתה אם לא תשתה דבר שגורם לממון שינו כממון שהרי אפשר שתשתה ולא [12] תשבור כתובתה:

lud teſtimonium efficeret, ut damnum inferatur ejus (feminæ) *doti*, ſi non bibat, res tamen quæ bona inducit, non eſt ſicut bona ipſa, poſſet enim fieri, ut bibat, nec rumpatur *inſtrumentum dotale*.

ח הרי שקנא לאשתו ונסתרה בעדים וזנתה בעד אחד אחר הקנוי והסתירה והשביע עד זה שיבא ויעיד וכפר חייב בשבועת העדות שאף על פי שהוא [13] עד אחד אילו העיד עדות זו היתה יוצאת [14] בלא כתובה כמו שבארנו בהלכות סוטה:

§. 8. Si commercio cum aliis interdixerit uxori ſuæ, ipſa vero abſcondiderit ſe conſciis teſtibus, aut adulterium commiſerit præſente uno teſte poſt *interdictum Zelotypiæ*, & *abſconſionis*, ſique hunc unum teſtem adjuret, ut veniat & teſtetur, is verò neget, reus eſt *jurisjurandi teſtimonii*. Etſi enim *unus* teſtis ſit, ſi tamen teſtetur, exire debet (*Uxor*) abſque dote, ſicut explicuimus in *Hilcot Sota*.

ANNOTATIONES.

(a) *Hilc. Edut. cap.* 7. §. 9.

[1] פסול *illegitimus*. Decem *Maimonides* recenſet (a) qui illegitimi Rabbinis habentur ad teſtimonium reddendum: עשרה מיני פסולות הם כל מי שנמצא בו אחד מהן הרי הוא פסול ואלו הן׃ הנשים׃ העבדים׃ הקטנים׃ והשוטים׃

והשוטים והחרשים והסומים. והרשעים והבזוין והבונגעין בעדותן *Decem species illegitime sunt, quarum si una in quodam invenitur, illegitimus est. Sunt autem istæ: Feminæ. Servi. Pueri. Fatui. Coeci. Impii. Impudentiores. Propinqui. Testes falsitatis convicti. Feminas* illegitimas habent, quia dicitur (*Deut.* 17:6.) על פי שנים עדים genere Masculino non Feminino. Hinc à testimonio arcent הטומטום ואנדרוגינוס *obstructum* (de quo consulas *Lexic. Buxtorfii*) & *Androgynum*, quia dubium est, ad quem sexum referri debeant. *Servos* censent illegitimos, quod *Deut.* 19:19. dicatur, *Et facietis ei quemadmodum intendit facere* לאחיו *fratri suo*, ejusdem nempe fœderis ac conditionis homini. *Pueros* s. minorennes eximunt, quia habetur *Lev.* 5:1 אנשים ולא קטנים *homines non pueri*. De ætate autem minorum dicemus *infra*. *Fatuum* non admittunt, ad testimonium præbendum, quia non est בן מצוות *filius præceptorum*, id est, præcepta non intelligit. *Surdos*, quibus mutos annumerant, eadem de causa rejiciunt; neque enim jurare nec terrorem, quem testibus incutere solent, audire possunt. *Cœcum* arcendum volunt, quia dicitur *Lev.* 5:1. והוא עד וראה, *si testis sit & viderit. Impii* excludi jubentur, quia habetur *Exod.* 23:1. אל תשת ידו עם רשע להיות עד חמש *non pones manum tuam cum impio, ut sis testis iniquus.* Impium vero appellant, כל שעבר עבירה שחייבין עליה מלקות *qui peccatum patrat, quod flagellationem meretur: ex. gr.* qui carnem cum lacte comedit &c. Impiorum quoque nomine veniunt *Fur Raptor*, item עד זומם *testis falsus*, מלוה ברבית *Fœnerator*. המוכסים *publicani*, qui plus quam ipsis constitutum est, exigunt, vid. quæ *supra* diximus Cap. 3. §. 1. מפריחי יונים *qui columbas volare docent*, de quibus videatur *Seldenus* (a) סוחרי שביעית *Negotiatores anni Septimi*, id est homines, qui anno septimo fructus colligunt, quibus negotientur postea. משחק בקוביא *Aleator*, si aliam præterea artem non exerceat. *Impudentiores* sunt האנשים שהולכין ואוכלין בשוק בפני כל העם *homines, qui ambulantes in platea*

(a) J. N. *Lib.* VI. *cap.* XI.

platea edunt in conspectu omnium. Huc referunt qui eleemosynas gentilium edunt & alios, חשובין בכלב *instar canis censitos.* Pluribus videsis *Maimonidem cit. Hilc.* à cap. 7. ad 13. usque. Maxima pars horum convenit cum conditionibus, quibus Romani testes suos admittunt, uti ex integro Tit. D. de *Testibus* apparet. Sane in genere volunt, ut in testibus *dignitas*, *fides*, *mores*, & *gravitas* examinentur. l. 2. *Tit. cit.*

[2] קרוב *propinquus.* Propinqui illegitimi sunt vel auctoritate Legis, vel constitutione Rabbinorum. Prioris generis sunt קרובים ממשפחת אב בלבד *conjuncti paterno sanguine.* Hac ratione non testantur sibi invicem Pater & filius, nepos &c. Id volunt mandari *Deut.* 24:16. לא יומתו אבות על בנים *non interficientur patres pro filiis.* Posterioris generis sunt הקרובים מן האם *Materno sanguine juncti.* De utroque enim ita *Maimonides* (a) אין פסולין מדין תורה אלא קרובים ממשפחת אב בלבד והם האב עם הבן ועם בן הבן והאחין מן האב זה עם זה ובניהן זה עם זה אבל שאר הקרובים מן האם או מדרך האישות כולן פסולין מדבריהם׃ *Lege non sunt illegitimi nisi paterno genere conjuncti, quales sunt pater cum filio, & nepote, & fratres patris invicem, eorumque filii invicem; Ceteri juncti per matrem aut uxorem, omnes illegitimi sunt auctoritate Rabbinorum.* Poterant tamen propinqui ut & servi & ancillæ testari in negotio pollutionis סוטה *uxoris adulterii suspectæ.* Rationem ejus videsis apud *Maimonidem* in *Hilcot Sota* Cap. 1:15.

(a) *Hilc. Edut.* cap. 13: 1.

[3] של דבריהם *constitutione Rabbinorum.* Quinam sint illegitimi Rabbinorum auctoritate & Legis præc. diximus. De differentia inter utrosque ita scribit *Maimonides* (b) מה בין פסולו לעות התורה לפסול מדברהם שהפסול מן התורה שהעיד עדותו בטלה אע"פ שלא הכריזו עליו בבתי

(b) *Hilc. cit.* Cap. XI: 6.

בבתי כנסיות ובבתי מדרשות והפסול מדבריהם צריך הכרזה· *Quomodo differunt illegitimus ad testandum Lege & illegitimus constitutione Rabbinorum? Illegitimus Lege si testetur, ejus testimonium nullum est, etiamsi in Synagogis & Academiis non prædicaverint illum. Illegitimus autem Rabbinorum constitutione necessario prædicari debet.*

[4] מלך *Rex* &c. Decretum habent Magistri מלך לא דן ולא דנין אותו *Rex non judicat, neque judicatur.* Intelligunt tamen Reges posteriorum temporum extra domum Davidis natos. Sic enim *Maimonides* (a) מלכי ישראל לא מעידין ולא מעידין עליהן שהן אלמים בעלי זרוע ואינן נכנעין תחת עול הדיינין *Reges Israelis non testantur, nec testimonium accipiunt, quia sunt fortes & potentes, neque judicum potestati se subjiciunt.* Ceteroqui Reges, priorum temporum ex stirpe Davidica ortos, testimonium præbuisse, itemque accepisse & judicasse, diserte dicit idem auctor (b) כבר ביארנו שמלכי בית דוד דנין ודנין אותם ומעידין עליהן אבל מלכי ישראל גזרו חכמים שלא ידון ולא דנין אותו ולא מעיד ולא מעידין עליו *Diximus Reges domus Davidis judicare & judicari, testari & testimonium accipere, sed de Regibus Israelis decreverunt Rabbini, quod nec judicent, nec judicentur, non testentur neque testimonium accipiant.* Occasio autem qua id decretum fuit factum, habetur in Tr. *Sanhedrin fol.* 19. 1. Narrant ibi servum Jannæi (Alexandri procul dubio, Regis Hasmonæorum, fratris Aristobuli) homicidium patrasse, quare servus primum, dein & Rex in judicium fuerint vocati ab *Simeone* filio *Schatachi*, principe Synedrii. Factum autem, ut omnia synedrii membra admodum fuerint consternata ob presentiam Regis, & Gabriel humi ea afflixerit ita ut animam efflaverint. Ea tempestate, concludit Historia, *decretum esse, ut Rex nec judicet, nec judicetur, nec testimonium dicat, nec contra ipsum dicatur.* De Sacerdote Magno testatur *Maimonides* (c) eum judicasse ac judicatum

(a) l. c. §. 9.

(b) *Hilc. Melachim* cap. 3. 7.

Z fuisse,

fuisse, itemque testimonium accepisse. Ut vero aliis præbuerit testimonium, non fuisse obligatum, quod testimonium dicere indecorum ei sit, excepto Rege Israelis, cui, sed in Synedrio Magno solum testari potuerit..

[5] Momentum ejus rei in eo est situm, quia nec filius repudiatæ, nec ejus, quæ calceum exuit, ad sacerdotale munus admittebatur. Legi merentur, quæ *Seldenus* de *Successionibus* lib. 11. Cap. 2. ex *Maimonidis Hilcot Isure Biah* ea de re annotavit.

[6] חלוצה Ita vocatur uxor mariti absque liberis decedentis, postquam frater defuncti eam ducere recusaverat. Nomen habet ab חלץ *exuit*, quia calceum Leviro exuere debebat *Deut.* 28. 5, 6. Solemnia istius rei hæc erant. Comparebat uxor defuncti cum Leviro coram Triumviris, qui tam paterno quam materno genere Israelitæ esse debebant, iisque rem totam exponebat. Inquisitione dein à judicibus facta, si Levir renueret fratris defuncti uxorem ducere, uxor recitatis verbis *Deut.* 15. 7. *renuit levir meus excitare fratri suo nomen in Israele*, calceum pedis dextri Leviro exuebat. Sputo dein in terram ejecto, verba ultima *commatis* 9 *cit. cap. Sic fieri debet, viro illi, qui non volet extruere domum fratris sui*, recitabat. Hæc Triumvirorum & coronæ adstantis excipiebat acclamatio ter repetita חלוץ הנעל *exutus est calceus*. De calceo, ut & aliis quæ ad hoc negotium spectant videantur *Seldenus* (a) & CL. *Wagenseilius* in *notis* ad *Tr. Sotæ* Cap. 7. §. 4. Quod vero attinet ad rationem Legis de ducenda uxore fratris, consulas CL. PERIZONII, Præceptoris ac Fautoris nostri *Dissert. Triadis* Primam.

(a) *In Uxore Hebr.* lib. 1. cap. 14.

[7] סקילה *Lapidationem* intelligit. Numerat enim *Maimonides* (b) memorata delicta inter illa, quæ Lapidationis supplicio obnoxia sunt, כל הנסקלין שבתורה י״ח אלו הן׃ הבא על האם׃ ועל אשת אב ועל כלתו׃ ועל נערה המאורסה׃ ועל הזכור׃ והשוכב עם בהמה והמביאה את הבהמה עליה׃ והמגדף׃ וע״כום׃ והנותן מזרעו

(b) Vide *Hilc. Sanhedrin* cap. 14. 10.

מזרעו למולך ובעל אוב· ובעל ידעוני· והמסית· והמדיח· והמכשף· והמחלל את השבת· והמקלל את אביו או אמו· ובן סורר ומורה· *Omnes Lege divina lapidandi sunt hi octodecim. Concumbens cum matre. Cum uxore patris. Cum nuru sua. Cum PUELLA DESPONSATA* (vid. *Deut.* 22, 23, 24.) *Cum Masculo. Cum bestia Mulier attrahens in se bestiam. Blasphemus. Idololatra. Qui dat de semine suo Molecho. Qui consulit Obh. Qui consulit Ideoni. Seductor. Impulsor ad Idololatriam. Veneficus. Sabbathi profanator* (quales sunt qui verberibus alterum excipiunt & acervos frumenti Sabbatho incendunt) *Qui patrem aut matrem execratur. Filius rebellis s. inobediens.*

[8] כתובה. Ita dotem appellant Rabbini in scriptura מוהר dictam (a) Eandem autem dotis summam omnibus imperant, ducentos videlicet *Zusos* s. 50 סלעים *siclos*, excepta vidua, quæ 25 *siclos* s. *Zusos* centum accipit. Dotis summa 50 *siclorum* עיקר כתובה *dos ipsa* s. *principalis* vocatur, cui nomine תוספת כתובה *incrementi dotis* sponso, quantum volebat, integrum erat addere. Sunt qui à lege (b) hanc dotem definitam volunt. Plurimi autem ad Magistrorum statuta eam referunt. His adstipulatur *Maimonides* (c) וחכמים הם שתקנו כתובה לאשה כדי שלא תהיה קלה בעיניו להוציאה *Rabbini instituerunt dotem uxori dandam, ne vilis sit in oculis ejus* (Mariti) *&* *facile repudietur.* Id ex antiquo more retinent Judæi, quod sponso dotem injungant, non sponsæ. Ita enim filius Regis Sichemitarum *Dina* tantum in dotem promittebat, quantum ejus pater vellet. (d) Inde Jacob cum non haberet unde dotem daret (idem enim mos, qui hodie adhuc durat, olim viguit, ut primogenitus omnia bona acciperet, natu minoribus nihil vel parum relicto) mereri debuit Apud Græcos item initio sponsus debebat dotem dare. Virgines saltem *Lycurgi* lege (e) sine dote nubebant, ut uxores eligerentur, non pecuniæ. Sequentibus tamen temporibus res apud eos fuit mutata. Conqueritur

(a) *Gen.* 34: 12.

(b) *Deut.* 22: 29.

(c) *Hilc. Ischot.* cap. 10. §. 7.

(d) *Gen.* 34: 12.

(e) Vid. *Justin.* lib III. cap. 3.

(a) In *Lysandro.*

enim *Plutarchus* (a) *quod quidam affines sibi quærerent non tam bonos & amicos, quam opulentos.* Imo *Aristoteles* exprobrat *Lacedæmoniis*, quod μεγάλας προῖκας *magnas dotes* darent. Apud Romanos sponsæ dotem dare cœperunt in fraudem *Legis Voconiæ.* Cum enim illa lege filiæ ab hereditate paterna excluderentur, atque hac ratione sponsos non facile invenirent, variis artibus patres filiabus prospicere studuerunt, usque tandem legibus latis dos sponsæ imperata fuerit. Vedesis modo laudati Cl. PERIZONII notas ad *Ælian. Variar. Histor.* lib. VI. cap. IV.

[9] Ut uxor alicujus סוטה *de adulterii suspecta* diceretur, duo requirebantur; ut maritus monuisset uxorem, ne familiariter quodam uteretur, uxor vero monitis posthabitis secreto egisset cum eo, quo maritus interdixerat illi. Prius vocant קנוי *interdictum Zelotypiæ*, posterius סתירה *occultationem.* Processus interdicti talis erat secundum *Maimonidem* (b) Quando suspicabatur maritus uxorem suam illicitis amoribus indulgere, modeste illam primò remotis arbitris monebat; quod si ad frugem non rediret, testibus duobus præsentibus (convenienter ordini, quem Christus observare jubet *Matth.* 18. 15.) commercio cum viris, qui suspecti ipsi erant, hac præcise formula interdicebat uxori אל תסתרי עם איש פלוני *ne occulteris cum* N. (c) Adeo ut *adulterii suspectæ* legibus non fuerit obnoxia uxor, quam maritus de colloquio solum cum aliis omittendo monuerat, etiamsi duorum testimonio constaret, eam cum adultero clam egisse. Necessarium autem mariti officium censent Rabbini, ut amore aliorum uxorem arceat. Ita enim concludit *Maimonides Hilcot Sotæ* כל מי שאינו מקפיד על אשתו ועל בניו ובני ביתו ומזהירן ופוקד דרכיהן תמיד שידע שהן שלמין מכל חטא ועון הרי זה חוטא שנ׳ וידע כי שלום אלהיך ופקדת נוך ולא תחטא *quisquis non inquirit in ingenuitatem uxoris suæ & liberorum, suæ-*

(b) Vid. cap. ult. *Hilc. Sotæ.*

(c) Vid. cap. 1. §. 1. *cit. Hilc.*

suæque familiæ, & illos instruit, & actiones eorum sedulo ac eousque observat, ut certus sit, immunes illos esse ab omni culpa & peccato, is pro impio habendus, q. d. (Job. 5. 25.) Et scias quod pax sit in tentorio tuo, revisasque habitaculum tuum, & non peccabis. Nec immerito. Æquitati enim naturali conveniens est, ut maritus uxoris & familiæ suæ honorem tueatur. confer. *Novella* 117. *Cap.* 15.

[10] Alterum, quod requiturad סטה *de adulterio suspectam*, est סתירה, *occultatio*, quam *Maimonides* ita definit: (a) סתירה האמורה בתורה ונסתרה היא שתסתר עם אותו האיש שאמר לה אל תסתרי עמו בפני שני עדים אם שהתה עמו כדי טומאה כדי לצלות ביצה ולגמעה *Occultatio, cujus mentio fit in scriptura (Num. 5. 12.)* voce ונסתרה *& occultata fuerit, est: Si clam egerit* (uxor) *cum eodem viro, de quo dixerat ei* (maritus) *præsentibus testibus duobus, ne occultes te cum eo, & manserit apud illum tempus pollutionis, quanto nimirum opus est, ut ovum coqui & absorberi possit.* Gallinæ vero ovum intelligunt, utpote quod citius coquatur. *Tr. Schabbat Cap.* 9. Ceterum in hac temporis mensura plurimi Rabbinorum conveniunt. Qui vero variis sententiis de ea disputant, videsis Cl. *Wagenseilium* in *Not.* ad *Tr. Sota Cap.* 1. §. 2.

(a) *Hilc.* cit. cap. cit. §. 2.

[11] להשקותה *ut bibat*, nempe מי המרים *aquas amaras*, absinthio, pulvere pavimenti templi (b) commixtas, quibus haustis uxor, si adulterii esset rea, expavescente facie, proruentibus oculis, intumescente ventre, ac femore putrescente, moriebatur, si vero innocens esset, venustior atque robustior domum redibat. Solemnia, autem quæ hunc aquarum potum vel præcesserunt vel secuta sunt, *Seldenus* (c) ex *Maimonidis Hilcot Sota* Cap. 3. satis accuratè describit, nisi quod Vir Doctus duplicis erroris eum arguat, quod verba סותר מחלפות malè reddiderit *cincinnos abscondidit*, & sacerdotem, qui vestes adulterii suspectæ lacerabat, *alium* dixerit ab eo qui adjuraverat eam ceterosque præcedentes ritus peregerat. Quod ad prius attinet

(b) Vid. *Num.* 5. 17, 19.

(c) Vid. *Uxor. Hebr.* lib. 3. cap. 15.

tinet, jure notatur *Seldenus*, explicabantur enim capilli non abſcondebantur. De poſteriori dubito an *contra omnium Rabbinorum conſenſum* erraverit. *Maimonides* ſaltem, cujus veſtigia premit in hoc ritu exponendo, idem cum eo aſſerere videtur. Poſtquam enim ab *Hal*. 7. ad 10 *cit. cap*. varias unius ſacerdotis functiones recenſuerat, *Halacha undecima*, ubi de veſtium ruptura agitur, ita dicit: ואח"כ כוהן אחד בא אליה מכוהני העזר' ואוחז בבגדיה וגו' *His peractis Sacerdos quidam è ſacerdotibus Atrii acceſſit ad eam & veſtes ejus prehendit* &c. Quis non videt de diverſo à priori ſacerdote ſermonem eſſe? Cur enim אחד *quendam* ſacerdotem *acceſſiſſe* diceret, ſi de eodem, qui *præſens* erat, loqueretur? Ceterum qua ratione lis inter maritum & uxorem adulterii ſuſpectam apud *Mahummedanos* finiatur, videſis *Seldenum* de *Synedriis Lib*. 2. *Cap*. 11. & in *Uxore Hebr. Lib*. 2. *Cap*. 15. in fine.

12. Verbum תשבר ex mente *Maimonidis* reddidimus, qui in *comment*. ſuo ad *Miſnam* 5. *Tr. Sotæ* inſtrumentum dotale *ruptum* fuiſſe dicit, ſi aut fateretur uxor ſe pollutam eſſe aut bibere nollet. *Bartenora* vero ea voce *apocham ſcripſiſſe* adulteram notari exiſtimat. Ita enim verba *Miſnæ* שוברת כתובתה explicat: כותבת שובר על כתובתה זניתי ואבדתי כתובתי *ſcribens apocham ſuper inſtrumento dotali*, hoc modo, *adulterium commiſi & dotem perdidi*. Confer. Cl. *Wagenſeilius* ad *cit. loc*.

[13] עד אחד *teſtis unus*. Teſtimonium unius nihil quicquam valet neque in judiciis *pecuniariis* neque *criminalibus*, argumento loci *Deut*. 19. 15. duobus caſibus ab ipſa lege exceptis, quibus Rabbini ſua auctoritate tertium addunt. Caſus iſtos recenſet *Maimonides* in *Hilc. Edut. Cap*. 5. §. 2. בשני מקומות האמינה תורה עד אחד בסוטה שלא תשתה מי מרים ובעגלה ערופה שלא תערף כמו שביארנו וכן מדבריהם בעדות אשה שיעידה שמת בעלה׃ *Duobus caſibus approbat Lex teſtem unicum*,

in

in negotio adulterii rea, ne bibat aquas amaras, & vitulæ capite truncandæ, ne caput ei amputetur, sicut explicuimus (a) *ita constitutione Rabbinorum in testimonio uxori dicendo, ut testetur quis maritum ejus mortuum esse.*

(a) Vid. *Hilc.* שמירת נפש *Cap.* 9. §. 12.

[14] Plenius hanc rem in *Hilcot Sota Cap.* 1. §. 14. exponit. Verba, quia prolixiora sunt, latine sic exhibemus: *Si uxor, cui maritus commercio interdixit, post interdictum duobus testibus præsentibus secreto egerit cum eo,* (de quo monita fuit) *atque parata sit ad bibendum, veniat autem testis unus, atque testetur, eam adulterium commisisse in conspectu suo cum eo, quo maritus ei interdixerat, illa semper marito est vetita; Neque bibit, sed egreditur absque dote.* Quod autem hujusmodi adulteram non afficiant ultimo supplicio ex lege *Deut.* 22. 22. sed dote maritali solum mulctent, rationem adfert laudatus sæpe Cl. *Wagenseilius* ad l. c. Ceterum de variis apud alias gentes adulteria puniendi modis vide *Seldenum* in *Uxore Hebr.* Lib. 3. Cap. 12. Adde CL. PERIZONII Notas ad Æliani *Var. Histor.* Lib. 12. Cap. 12. & Lib. 13. Cap. 24.

ט וכן כל עד אחד שמחייב ממון בעדותו אם כפר ונשבע או שהשביעו בבית דין וכפר חייב משום שבועת העדות:

§. 9. Ita quilibet testis unus, qui obligat ad rem pecuniariam, si neget & juret, aut si adjuratus in judicio neget, reus est jurisjurandi testimonii.

י כיצד כגון שהיה התובע והנתבע חשודין על השבועה [1] שאין משביעין אותם והשביע לעד אחד שיבא ויעיד לו שיש לו

§. 10. Quomodo? ex. gr. si & creditor & debitor suspecti sint de jurejurando, quos non adjurant, & (*creditor*) adjuret testem unicum ut veniat atque testetur, quod hic (*debitor*) mi-

ביד זה מנה וכפר הרי זה חייב משום שבועת העדות שאילו העיד היה הנתבע הזה משלם ממון בעדותו כמו שיתבאר בהלכות טוען וכן כל כיוצא בזה:

minam sibi debeat, is verò renuat, ecce reus est jurisjurandi testimonii, quia si testimonium diceret, obligaretur debitor ad solutionem pecuniæ jurejurando ipsius, sicut exposuimus in *Hilcot Toen*, *& sic in similibus*.

יא האשה שהשביעה עד אחד שיעיד לה במיתת בעלה וכפר חייב בשבועת העדות שאילו העיד היתה [2] נשאת ונוטלת כתובתה:

§. 11. Si uxor adjuret testem unicum, ut testetur maritum ejus esse mortuum, is vero neget, reus est jurisjurandi testimonii, quia, si testaretur, acciperet (*uxor*) dotem suam.

יב במה דברים אמורים כשהיה לה לגבות כתובתה מן המטלטלין אבל אם אין לה לגבות כתובתה אלא מן הקרקע הרי זה פטור משבועת העדות· וכן אם היו שנים שהמשביע עדי קרקע פטורין כמו שבארנו:

§. 12. Qua conditione hæc dicuntur? si exigat dotem rerum mobilium, si vero non exigat dotem nisi agrorum, ecce ille liber est ab jurejurando testimonii. Ita si duo fuerint, quia adjuravit testes agrorum, liberi sunt, sicut exposuimus.

יג השביע עדיו כבית דין וכפרו שניהם כאחת·

§. 13. Si adjuret testes suos in judicio, uterque verò

כגון שיתחיל השני לכפור בתוך כדי דבורו של חבירו שניהם חייבין בשבועת העדות וכל אחד ואחד מביא חטאתו על שבועתו · כפר הראשון ושהא העד השני יותר מכדי דיבור ואחר כך כפר הראשון חייב בשבועת העדות והשני פטור משבועת העדות · שאילו הודה זה השני לא היתה עדותו מחייבת ממון :

rò neget instar unius, *ex. gr.* si posterior incipiat negare intra tempus sermonis alterius, uterque reus est jurisjurandi testimonii, atque quilibet affert sacrificium pro peccato propter jusjurandum suum. Si neget prior atque posterior tardet ultra tempus sermonis, postea verò neget, prior reus est jurisjurandi testimonii, posterior verò liber est ab jurejurando testimonii, quia si posterior juraret, tamen non obligaret ad *bona*.

יד הודה אחד וכפר אחד הכופר חייב בין שכפר בתחלה בין שכפר בסוף כפרו שניהם כאחד וקדם האחד והודה בתוך כדי דיבור הרי זה פטור והעומד בכפירתו חייב בשבועת העדות :

§. 14. Si unus confiteatur, alter verò neget, is, qui negavit reus est sive ab initio juraverit sive ultimo, si uterque neget instar unius, atque alter illorum antevertat atque confiteatur intra tempus sermonis, ecce ille liber est, is verò qui constans est in negatione sua, tenetur jurejurando testimonii.

טו השביע שתי כתי עדים ושתיהן רשויות להעיד · וכפרה כת ראשונה ואחר כך כפרה כת שנייה · הראשונה פטורה משבועת העדות מפני שהן סמוכין על עדות שנייה · ואפשר להוציא הממון בעדות הכת האחרת ונמצא זה הנתבע אינו חייב לשלם בעדות אלו שכפרו לבדה · היתה הכת השנייה קרובין לתובע או לנתבע בנשותיהן והרי הן גוססות אף הראשונה חייבת · שהרי השנייה בעת כפירת הראשונה לא היתה ראויה להעיד ואף על פי שבמהרה יהיו ראוין [3] כשימותו אלו הגוססות ואם כפרה השנייה אחרי שמתו נשותיהן חייבין בשבועת העדות :

§. 15. Si duos testium cœtus adjuret, quorum uterque ad testimonium dicendum aptus est, unus verò neget, & postea quoque alter renuat, prior liber est ab jurejurando testimonii, quia nititur testimonio posterioris. Possunt enim bona exigi ad testimonium cœtus posterioris, adeo ut debitor non obligetur ad solutionem propter illorum jusjurandum, qui *solum*(a) negaverunt. Si posterior cœtus constet ex propinquis actoris, aut debitoris per uxores eorum, hæ vero in articulo mortis versentur, prior quoque reus est, quia posterior tempore, quo negabat prior, ineptus erat ad testimonium dicendum, quamvis statim fuerint idonei post mortem illarum, quæ in agone erant. Si posterior neget post mortem uxorum, reus est testimonii jurisjurandi.

(a) Vid. *Notas ad Cap.* 9. §. 1.

§. 16. Si

יו התובע את העדים להעיד לו וכפרו והשביען וענו אמן והשביען ארבעה וחמשה פעמים והן עונין אחר כל שבועה חוץ לבית דין וכשבאו לבית דין הודו והעידו הרי אלו פטורין משבועת העדים כמו שבארנו ואם באו לבית דין ועמדו בכפירתן חייבין על כל אחת ואחת מאותן השבועות שחוץ לבית דין:

יז במה דברים אמורים כשענו אמן אבל אם לא ענו אמן אלא כפרו על כל שבועה ושבועה הואיל ולא הוציאו שבועה מפיהם ולא ענו אמן הרי אלו פטורים עד שישביעם בבית דין ויכפרו בו שם כמו שבארנו:

§. 16. Si quis testes requirat ad testimonium dicendum, & adjuret eos, ipsi vero respondeant *Amen*, atque adjuret eos quater aut quinquies, ipsi quoque ad unum quodque jusjurandum respondeant extra judicium, postquam vero in judicio comparuerunt, confiteantur, atque testentur, immunes sunt ab jurejurando testium, sicut exposuimus. Si vero coram judicio perstent in negatione sua, rei sunt uniuscujusque jurisjurandi extra judicium.

17. Qua conditione hæc dicuntur? Si respondeant *Amen*, si vero non respondeant *Amen*, verum negent solum post unum quodque jusjurandum, quia nec jurarunt ipsi, nec responderunt *Amen*, ecce isti immunes sunt, usque dum adjuret eos in judicio, illi vero ibidem negent, (a) *sicut diximus*.

(a) *Cap.* 9. 5.

יח השביען בבית דין וכפרו וחזר והשביען ארבעה וחמשה פעמים והן כופרין על כל אחת ואחת בין חוץ לבית דין בין לפני בית דין ואפילו ענו אמן או נשבעו מפי עצמן פעם אחר פעם אינן חייבין משום שבועת העדות אלא אחת מפני שאחר שכפרו בבית דין אם חזרו והודו אין עדותן מועלת כלום:

§. 18. Si adjuret eos in judicio, ipsi vero negent, & postea adjuret eos quater aut quinquies, ipsi vero negent post unum quodque jusjurandum sive extra judicium sive in judicio etiamsi respondeant *Amen* aut ipsimet jurent singulis vicibus, non rei sunt jurisjurandi testimonii nisi *semel*, quia postquam negarunt coram judicio si confiteantur, jusjurandum ipsorum nihil quicquam juvat.

יט נמצאת למד שכל השבועות שנשבעו אחר שכפרו בבית דין הן על כפירת עדות שאינה מחייבת ממון שהן פטורין עליה משבועת העדות וחייבין משבועת בטוי כמו שבארנו:

§. 19. Hinc discitur, quod omne jusjurandum, quod jurant, postquam negarunt in judicio, versetur circa negationem testimonii, quæ ad rem pecuniariam non obligat, quodque immunes sint propterea ab *jurejurando testimonii*, teneantur verò *jurejurando promissorio*, *sicut exposuimus*.

A N-

ANNOTATIONES.

[1] Explicatio hujus rei plenior habetur in *Hilcot* טוען ונטען *Cap.* 2. §. 1. כל חשוד על השבועה אין משביעין אותו לא שבועה התורה ולא שבועה מדבריהם ולא שבועת הסת. i. e *Quicunque suspectus est de jurejurando, eum non adjurant, neque jurejurando legis, neque jurejurando ex constitutione Rabbinorum, neque jurejurando impositionis.* Quinam vero intelligantur per חשודין על שבועה *suspectos de jurejurando* i. e. qui facile pejerant, eos *cit. cap.* §. 2. recenset. אחד הנשבע לשקר שבועת בטוי או שבועת עדות או שבועת הפקדון או שבועת שוא הרי הוא חשוד על שבועה i. e. *Sive quis pejeraverit jurejurando promissorio, sive jurejurando testimonii, sive jurejurando depositi, sive jurejurando vano, is suspectus est de jurejurando.* Pari cum illis loco habentur fœnatores, qui comedunt cadavera, raptores, aleatores, columbas volare docentes, (de quibus vide p. 175.) Nemo vero propria confessione suspectus reputatur, sed testimonio aliorum. Plura ea de re Rabbinorum sancita vide in sequentibus *cit.* capitis.

[2] Non alio tempore uxor dotem suam exigere potest, nisi post mortem mariti & divortium. Adscribi hanc in rem merentur verba (a) *Maimonidis* כבר הודענו שחכמים תקנו כתובה לאשה ודין התוספת כדין עיקר ולא תקנו לגבותה כל זמן שתרצה אלא הרי היא כחוב שיש לו זמן ואין הכתובה נגבה אלא לאחר מיתת הבעל או אם גרשה *diu est, quod diximus, Rabbinos constituisse uxori dotem,* (vid. quæ notavimus ad §. 6. *Cap.* 9.) *atque idem juris esse circa augmentum, & dotem principalem. Non autem constituerunt, ut exigatur dos omni tempore, quo ei placuerit, sed est hæc dos instar debiti certi temporis, neque exigitur dos, nisi post mortem mariti & divortium.* Qui plura

(a) Vid. *Hilc. Ischot. Cap.* 16. 3.

de dotis petitione cognoscere cupit, is *cit. cap.* legat, & *Seldenum* in *Uxore Hebr. lib.* 3. *Cap.* 9. item de *Successionibus in Bona def. Cap.* 2.

(3) Quia uxore mortua affinitatem quoque sublatam esse credunt, secundum regulam Hebræorum, quam *Maimonides* habet in *Hilc. Edut. Cap.* 14. §. 1. כל מי שאין אתה מעיד לו מפני שהוא בעל קרובתך אם מתה אשתו אפ על פי שהניח לו בנים הרי זה נתרחק וכשר *Quicunque alicui testimonium dicere non potest propter affinitatem, si mortua fuerit uxor ejus, quamvis reliquerit liberos, ecce ille fit remotus & idoneus.*

CAPUT. XI.

א כשם ששבועת שוא ושקר בלא תעשה· כך מצות עשה שישבע מי שנתחייב שבועה בבית דין [1] בשם שנאמר בשמו תשבע זו מצות עשה· שהשבועה בשמו הגדול והקדוש מדרכי העבודה היא והדור [2] וקדוש גדול הוא להשבע בשמו:

§. 1. Sicuti jusjurandum *vanum* & *falsum* sunt prohibita, ita præceptum est, ut, qui tenetur ad jusjurandum in judicio, juret in *Nomine* q. d. (a) in *nomine meo jurabis.* Nam jusjurandum in Nomine Magni & Sancti, est modus cultus divini, & honor atque sanctificatio magna est jurare in nomine ejus.

(a) *Deut.* 6. 13.

ב ואסור להשבע בדבר אחר [3] עם שמו· וכל המשתף דבר אחר עם

§. 2. Prohibitum est una cum *Nomine* jurare per rem aliam. Et quicunque in jurejurando rem aliam jun-

שם הקדוש ברוך הוא בשבועה נעקר מן העולם׃ שאין שם מי שראוי לחלוק לו כבוד שנשבעין בשמו אלא האחד ברוך הוא׃

git Nomini Sancti Benedicti, tolletur ex hoc mundo, quia nullum nomen est, quod meretur particeps fieri honoris jurantium in *Nomine* ejus, nisi unicum illud Benedicti.

ג ומותר לאדם להשבע על המצוה לעשותה כדי לזרז את עצמו ואף על פי שהוא מושבע עליה מהר סיני שנאמר נשבעתי ואקיימה לשמור משפטי צדקך׃

§. 3. Licitum est homini jurare in præceptorum observationem, ut se ipsum incitet, quamvis in eam adjuratus sit e monte Sinai, quia dicitur, (a) *Juravi & efficiam, ut observem judicia justitiæ tuæ.*

(a) Ps. 119. ℣. 106.

ד שבועה זו שמשביעין הדיינים למי שנתחייב שבועה היא הנקראת שבועת הדיינין׃ בין שהיה חייב בשבועה זו מן התורה בין שהיה חייב בה [4] מדברי סופרים׃

§. 4. Jusjurandum, quo judices eum, qui tenetur jurare, adjurant, vocatur *jusjurandum judicum*, sive teneatur jurare auctoritate Legis, sive constitutione Rabbinorum.

ה שלשה מיני שבועות הן שחייבין בהן מן התורה ואלו הן׃ מי שטענו חבירו [5] במטלטלין והודה [6] במקצתן

§. 5. Tres sunt species jurisjurandi, ad quas secundum *Legem* tenentur, suntque hæ: Quicunque, postquam alter res mobiles

וכפר במקצתן · ומי שכפר
בכל המטלטלין שטענו
ועד העיד עליו ומכחישו
הרי אלו שתי שבועות על
ידי טענת ודאי וכפירה ·
וכן שומר שטוען שאבד
דבר שהפקידו אצלו או
נגנב או מת וכיוצא בזה
הרי זה נשבע מספק ·
שאין בעל הפקדון יודע
אם אמת טוען זה השומר
או שקר והוא נשבע מן
התורה שנאמר שבועת יי
תהיה בין שניהם:

les ab eo petiit, partem eorum confitetur, partem vero negat: & qui omnia mobilia negat, quæ ab *i*pso exiguntur, si testis unicus contra eum testetur, ipse vero contradicat ei. Ecce duplex hoc jurisjurandi genus versatur circa petitionem certam & negationem. Custos pariter, qui excipit, rem sibi concreditam periisse, aut furto ablatam, aut mortuam esse, *similiaque*, ecce is jurat propter dubium, quia proprietarius ignorat, an custos ille *vere* excipiat an *falso;* is autem secundum *Legem* jurat, *q. d.* (a) *jusjurandum Jehovæ esto inter utrosque* &c.

(a) *Exod.* 22. 11.

ו כל שבועה שמשביעין
אותה הדיינין חוץ משלשה
מיני שבועות אלו הרי הוא
מדברי סופרים וגם היא
הנקראת שבועת הדיינין ·
וגם שבועות אלו מדבריהם
שני מיני שבועות הן · יש

§. 6. Omne jusjurandum extra tres illas species jurisjurandi est ex constitutione Rabbinorum, & vocatur quoque *jusjurandum judicum*. Sunt autem duæ species jurisjurandi constitutione Rabbinorum. Sunt nimirum inter illas juramenta

מהן שבועות על ידי טענת ודאי וכפירה כגון שבועת שכיר [7] ופוגם שטרו וכיוצא בהן· ויש מהן שבועות בטענת ספק כגון שבועת השותפין והאריסין וכיוצא בהן ובדיני [8] ממונות יתבאר חיוב כל אחת ואחת מאלו השבועות ודיניהם:

ז ויש שם שבועה אחרת והיא תקנת [9] חכמי הגמרא והיא הנקראת שבועת הסת· ואף על פי שבירת דין משביעין אותה [היום] אינה נקראת שבועת הדיינין:

ח ושבועת הדיינין בין שהיתה של תורה או של דברי סופרים בין על טענת ודאי בין על טענת ספק כך היא· הנשבע [10] אוחז ספר תורה בזרועו והוא [11] עומד ונשבע בשם או בכינוי בשבועה או

menta in petitionem certam & negationem, *ex. gr.* mercede conducti & qui vitiat literas suas contractûs, *similumque illis*. Et sunt inter illas juramenta in petitionem dubiam, *ex. gr.* jusjurandum sociorum, & hortulanorum, *similiumque*, atque cujusvis illorum obligatio & jura exposita sunt in *judiciis pecuniariis*.

§. 7. Est quoque aliud jusjurandum, quod à Sapientibus *Gemaræ* est profectum, & vocatur jusjurandum impositionis. Quamvis autem hodie eo jurejurando judices soleant adjurare, non tamen vocatur *jusjurandum judicum*.

§. 8. Et jusjurandum judicum sive *Legis*, sive *constitutionis* Rabbinorum, sive in petitionem certam, sive dubiam, ita se habet: Is, qui jurat, sumit librum Legis in brachium suum, atque stans jurat in *Nomine* aut *cognomine*, jurejurando aut execratione, ore

באלה מפיו או מפי הדיינין. והורו רבותי שאין משביעין שבועת הדיינין אלא [12] בלשון הקדש:

proprio, aut ex ore judicum. Magistri mei insuper docuerunt, non esse jurejurando judicum adjurandum, nisi *lingua sancta.*

ט כיצד מפיו כגון שיאמר הריני נשבע ביי׳ אלהי ישראל או במי ששמו חנון או במי ששמו רחום שאיני חייב לזה כלום. וכן אם אמר הרי הוא ארור ליי׳ או ארור למי ששמו חנון אם יש לזה אצלי כלום:

§. 9. Quomodo ore proprio? *ex. gr.* si dicat, ecce *juro per Dominum Deum Israelis, aut per eum qui vocatur Benignus, aut qui vocatur Misericors, quod huic nihil debeam.* Ita si dicat, *ecce sit iste execratus Deo, aut execratus illi, qui vocatur Benignus, si hic apud me quid habeat.*

י וכיצד מפי הדיינין כגון שאמרו לו משביעין אנו אותך ביי׳ אלהי ישראל או במי ששמו חנון שאין לזה בידך כלום והוא עונה אמן. או שאמרו הרי פלוני בן פלוני ארור ליי׳ אלהי ישראל או למי ששמו חנון אם יש לפלוני אצלו ממון ולא יודה לו והוא עונה אמן זו היא שבועת הדיינין:

§. 10. Quomodo ex ore judicum? *ex. gr.* si dicant ad eum; *Adjuramus te per Dominum Deum Israelis, aut eum, qui vocatur Benignus, quod hic nihil apud te habeat, ipse vero respondeat Amen.* Aut si dicant, *ecce N. filius N. execratus sit, Domino, Deo Israelis, aut ei qui dicitur Benignus, si N. apud eum habeat bona, nec confiteatur,* ipse vero respondeat *Amen.* Hoc est jusjurandum judicum.

ANNOTATIONES.

[1] בשם *per Nomen* i. e. Deum. An autem ei, qui verum Deum colit, per idola jurare, aut jusjurandum ab gentili exigere vel accipere saltem liceat? sat graves quæstiones sunt. Quid Judæi sentiant, & nobis videatur, breviter exponemus. Ad *primum* quæsitum ita respondet *Maimonides* (a) הנודר בשם עכו"ם והנשבע בה לוקה שנ' ושם אלוהים אחרים לא תזכרו *qui votum facit in nomine idoli, aut jurat per illud, vapulat*, q. d. (b) *nomen Deorum alienorum non commemorabitis*. Recte omnino. Impium enim non solum sed & absurdum esset, in testem veritatis appellare id, quod non creditur esse omniscium & omnipotens ad ultionem perjurii sumendam. Gentiles vero ex jurejurando per falsos Deos concepto obligari, non est mirandum, quia, ut *Grotius* loquitur (c) *sub falsis illis & erroneis notis generali complexione numen intuentur*, id est putant se per verum Deum jurare. Ad *secundum* hoc ab eodem Judæo l. c. responsum ferimus: ואיסור להשביע גוי ביראתו ואפילו להזכיר שם עכ"ום שלא דרך שבועה איסור שנ' לא תזכירו *Prohibitum est, adjurare gentilem per ejus Deum. Imo efficere ut mentio fiat Nominis idoli etsi non more jurandi, illicitum est, q. d. non facietis meminisse*. Circa *tertium* doctores Gemarici in diversa abeunt (d) Sunt qui tantum piaculum credunt jusjurandum ab gentili accipere, ut propterea nullam societatem, quæ mutuo jurejurando firmatur, cum gentili ineundam esse velint. Sunt alii, qui jusjurandum per idola in sacris literis memorata præstitum, accipi posse tuentur. His *Maimonides* adstipulari videtur, qui sic ait *cit. cap.* כל' עז' הכתובה בכתבי הקדש מותר להזכיר שמה כגון פעור ובל ובעל ונבו גד וכיוצא בהן *omnium gentium idolorum in sacris literis memorato*

(a) *Hilc. Abboda Zara Cap.* 5, 10.

(b) *Exod.* 23, 13.

(c) J. B. et. P. *lib.* 2. 13. 14.

(d) *Vid. Tr. Sanhedrin fol.* 63. 2.

 rato

ratorum fas est nomina memorare, veluti Peor, Bel, Baal, Nebo, Gad, & quæ sunt id genus cetera. R. *Ascher* in *comment. suo ad locum Gemaræ cit.* tempore posteriori licitum fuisse jusjurandum ab gentilibus accipere sic scribit, יש היתר בזמן הזה כי נשבעין בקדשין שלהם ואין תופסין בהן אלהות ואע"פ שמזכירין שם שמים וכוונתם לישו הנוצרי מ"מ אין מזכירין שם ע"א וגם דעתם לעשה שמים וארץ *hoc tempore licitum est* (jusjurandum ab gentili accipere) *quia jurant per sacra sua in quibus non constituunt divinitatem. Et quamvis recordentur Dei, cogitatio autem ipsorum sit ad Jesum Nazaræum, tamen non recondantur cultus idolorum sed intelligunt Creatorem cœli & terræ.* Etsi ita disputent inter sese, certum interim est Maccabæos ab Ro-

(a) *Vid.* 1. *Maccab.* cap. 8.

(b) Vid. *Gen.* 31. 53.

manis jusjurandum recepisse, ut ex fœdere, quod cum illis inierunt (a) patet. Nos eorum, ut & Jacobi exemplo (b) cum *Grotio* l. c. existimamus absque peccato jusjurandum ab gentili accipi posse, imo & exigi, si conservatio societatis humanæ id requirat. Neque magis hoc modo occasio peccandi præbetur, quam si fœneratori manifesto tempore necessitatis usuras illicitas quis daret. *Puffendorffius* quan-

(c) Vid. J. N. & G. *lib.* 4. 2. §. 4.

(d) Vid. *Josua.* Cap. 24. 2.

quam nobiscum sentiat, rejicit (c) tamen exemplum Jacobi atque existimat, per Deos *Nachoris* intelligi verum Deum. Ast dubito an recte. Majores enim Abrahami idola coluisse Josua testatur (d) Hinc *Aben Esra* ad geneseos locum, ita commentatur: לבן אמר על אלהי נחור אבי אביך שהיה עובד ע"ז וכן העיד יהושע *Laban dicit per Deos Nachoris patris patris sui, qui erat cultor idolorum, uti testatur Josua*, l. c. Calculum ei adjicit R. S. J. qui ad אלהי נחור *per Deos Nachoris* scribit חול i. e. *prophanos* s. alienos.

[2] R. *David Kimchi* vult hæc de jurejurando piorum solum vera esse: Verba ejus ad *Jerem.* cap. 4. 2. sunt כי השבועה בשם השם הוא כבוד והדר למי שיראנו ויעבדנו כלב שלם השבועה בדבר שיזדמן לו להשבע היא מצוה הרי הוא כמו שמהללו ומגדלו בשגשבע.

כשנשבע בשמו כמו שדרך העולם להשבע במה שיאהב יותר כמו בנפשו וראשו ובן הנביאים הוו נשבעין תמיד בדבריהם ולא כל אדם ראוי להשבע אכילו באמת אלא יראי השם ואוהביו *Nam jusjurandum in nomine Dei est honor & gloria ratione ejus qui ipsum timet, eique servit corde integro. Jusjurandum in negotio ad quod requiritur, præceptum est, & est tanquam qui laudat Deum qui in nomine ejus jurat. Quemadmodum mos est jurandi per id quod quisque valde amat, videlicet animam & caput. Sic jurant sæpius prophetæ in verbis suis. Neque enim quibuslibet competit jurare etiam in veritate, sed duntaxat Deum timentibus, & diligentibus.* Confer. cum his *Hos.* 4: ℣. 15.

[3] Hinc videntur impie egisse Christiani milites, qui pietatem in Imperatorem suum declaraturi; pari eum loco habuerunt in jurisjurandi materia, uti testatur *Vegetius* de *re militari* lib. 2. *Cap.* 5. *Jurant per Deum, per Christum, per Spiritum & per Majestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est & colenda Nam Imperatori cum Augusti nomen accepit, tanquam præsenti & corporali Deo fidelis est præstanda devotio, & impendendus pervigil famulatus.*

[4] Differentia inter jnsjurandum judiciale *Legis* & *constitutionis Scribarum* in eo primum versabatur, quod posterius in subsidium fuerit vocatum, ubi priori non erat locus. Deinde qui jusjurandum *Legis* præstare renuebat, ex ejus bonis tantum aufferebant judices, quantum solvere negabat. Is vero qui jusjurandum constitutionis Rabbinorum recusabat, 30. dies excommunicabatur, quibus finitis, nisi juraret, aut solveret, vapulabat מכות מרדות *verberibus contumaciæ.* Docet hæc *Bartenora* ad Tr. *Schebhuot* cap. 6. 1. & Auctor noster ipse in Hilcot טוען ונטען de *Actore* & *Reo.* Cap. 1.

[5] Quales in specie res è mobilibus intelligat, *cit. Hilcot Cap.* 4. 1. ita explicat: אין מודה במקצת חייב שבועה מן התורה עד שיטעננו בדבר שבמדה או במשקל או במנין *Non tenetur, qui partem confessus est, ad jusjurandum*

randum legis, nisi exegerint ab eo res quæ mensura, pondere, & numero constant. Hac tamen conditione hujus generis res ad jusjurandum obligabant reum, nisi suo ipsius chirographo posset convinci. vid. *cit. loc.* §. 4.

[6] מקצתן *partem eorum.* Pars illa, quam reus se deberi confitetur, valorem *prutæ*, quæ verò negatur, pretium *duorum argenteorum* ad minimum æquare debet, auctore nostro teste *cit. Hilc.* Cap. 3. אין מודה במקצת חייב שבועה מן התורה עד שיודה בפרוטה או יותר ויכפר בשתי מעין כסף או יותר׃ *Qui confitetur partem, non tenetur jurare ex lege nisi prutam fuerit confessus aut plus, & negaverit duas Meas argenteas, aut plus.* Hinc actore dicente, שתי מעין ופרוטה יש לי בידך *duas meas & prutam mihi debes,* si reus prutam se debere fatebatur, jurejurando à solutione duarum *mearum* se liberare debebat. Minus vero exigente actore quam duas meas & unam prutam, reus, qui debitum negabat, jusjurandum Legis præstare non tenebatur, nisi testimonio unius convinci posset. De pretio autem *Prutæ* & *Mea* vid. quæ notavimus ad Cap. VII. §. *ult.*

[7] פוגם שטרו׃ Creditor intelligitur, qui, debitore dicente, integrum summam in chirographo nominatam, se ei solvisse, non nisi partem ejus se accepisse fatetur. Ita uxorem passim appellant פוגמת כתובתו, quæ è dotis summa ducentorum denariorum, centum solum sibi solutos esse contendit, viro & heredibus contra dicentibus, integram dotem accepisse eam. Eo casu ut & si debitor unico teste producto, se solvisse probaret, uxor vel creditor in contrarium ex Rabbinorum constitutione jurare debebant. Verba *Maimonidis* ea de re hæc sunt: (a) הפוגם את שטרו או שעד א׳ מעיד על שטרו שהיה פרוע והבא ליפרע שלא בפני הלוה והטורף מיד הלקח והנפרעין מן היורש בין קטן בין גדול לא יפרע אלא בשבועה כעין שלתורה *Qui vitiat chirographum, aut si testis unicus testetur contra chirographum, illud solutum esse,*

(a) Vid. *Hilc. Malveh Veloveh* Cap. 14. 1.

esse, is qui venit ut solvatur, quod non est apud mutuantem, & qui repetit ab emtore illegitime emta (ita auctor ipse vocem טורף exponit in *Hilc. cit. cap.* 18. 1.) *aut quibus solutum est ab herede s. minorenni s. majorenni, iis non solvitur nisi jurejurando instar legis* i. e. Rabbinorum, *præstito.*

[8] בדיני ממונות *in causis pecuniariis.* Respicit ad *Hilc. Scheluchin Veschutphin cap.* 9. 1. & *seqq.* qui locus, cum prolixior sit, quam ut adscribi à nobis possit, à B. L. consulatur velim. De *causarum* vero apud Hebræos tum divisione, tum discrimine ex Auctoris nostri *Hilc. Sanhedrin cap.* XI. pauca annotasse, non abs re erit. Distinguunt nimirum *causas* suas in דיני ממונות *causas pecuniarias*, JCtis Romanis *Civiles*, Apostolo 1. Cor. 6. 4. *κριτήρια βιωτικὰ* dictas, & דיני נפשות *causas capitales.* Discrimen inter eas est (1) ratione *judiciorum.* *Causæ* enim *pecuniariæ* agi poterant coram בית דין של שלשה *Triumvirali consessu*, ast *Capitales* non nisi coram *Synedrio Magno* & *minori.* (2) Ratione *conditionis judicum.* Judices enim in causis pecuniariis esse poterant, *proselyti, matre tamen hebræa orti, spurii, lusci*; in causis vero capitalibus non judicabant, nisi *Levitæ, sacerdotes*, & *Israelitæ, qui sacerdotum filias duxerant*, nullo *lusco* vel *spurio* admisso. (3) Ratione *temporis.* Causas pecuniarias interdiu examinabant, & noctu sententia lata finiebant, ast in causis capitalibus uno die examen instituebant, postero vero sententiam dicebant. Verba *Maimonidis* ea de re *cap. cit.* §. 1. hæc sunt: דיני נפשות גומרים בו ביום לזכות וביום אחריו לחובה *causas capitales absolvunt eodem die ad innocentiam, sed postero ad culpam* i, e. condemnationem. Quapropter ejusmodi causas nec vespera Sabbathi aut diei festi examinare incipiebant, quia sequenti die sententiam nec ferre nec exequi poterant. Hinc judicium fiat de judæorum malitia qui judicium contra Christum in causa capitali *noctu* cœptum, *Vespera* paschatis continuarunt, atque nulla intercedente

nocte præter morem absolverunt. Plures istarum causarum differentias vid. apud *Maimonidem. cit. cap.*

[9] חכמי הגמרא *Sapientes Gemaræ.* האמורים *Amoræos* esse, qui instituerunt *Jusjurandum Impositionis*, scribit auctor *comment. Gebut Maimonios* in animadversionibus suis ad hunc locum. De *Amoræis* verò primis Mischnæ interpretibus s. *Gemaræ* auctoribus consulas Buxtorffii Lexic. Tam. p. 124. & *Chronolog.* R. *David Ganz*, à *Vorstio* Latine redditam p. m. 110.

[10] Hinc mos apud Christianos tactis Euangeliis jurandi originem ducit. Verum & aliis gentibus in more fuit positum, ut jurantes sacri quid manu tenerent quod *corporaliter jurare* dixere. Maxime autem solenne fuit *aram* tenere. Ita de *Hannibale* refert *Livius*, *lib.* 21. *quod altaribus admotus tactis sacris jurejurando à patre adactus fuerit, se cum primum posset, hostem fore populi Romani.* Exemplum item ejus ritus illustre habetur apud *Plautum* in *Rudente. act.* 5. *sc.* 3.

G. *Tene aram hanc.* L. *teneo.* G. *dejera, te mihi argentum daturum*

Eodem ipso die, viduli ubi sis potitus. L. *Fiat.*

Summa præ ceteris id jusjurandum religione fuisse habitum, *Cicero* pro *Flacco* indicat, cum ait, *si aram tenens* i. e. sanctissimè juraret, *crederet nemo.* Hinc *Pericles* μέχει ϛ̃ βωμϛ̃ φίλον *amicum ad aram* i. e. absque violatione jurisjurandi ad aram præstiti, se dixisse legitur. Solebant quoque alii *tacta Apollinis Lauro*, *contrectato annulo in altari posito*, *ora vestimenti prehensa*, *ferro candenti*, aliisque rebus in manum sumtis jurare. Exempla vide apud *Alex. ab Alex. lib.* v. *cap.* 10. & *Lydium* in *Dissert. de juram. Cap.* 4.

[11] עומד *stans.* Fuit & apud alias gentes in usu ut jurantes starent. Ita *Plinius* in *suo Panegyrico imcomparabili* de *Trajano* STABAT, inquit, *designatus consul ante gremium consulis eoque præeunte conceptis verbis jurabat.* Solebant præterea jurantes vel *dextram* ad cœlum extendere, qua in re Abrahamus *Gen.* 14. 22. Imo Deus ipse *Deut.* 32. 4. exem-

plis

plis suis præivere gentilibus, quos inter de *Latino* Rege *Virgilius* lib. XII. Æneid. ita canit:

Sic prior Æneas, sequitur sic deinde Latinus
Suspiciens cœlum tenditque ad sydera DEXTRAM.

Vel *femori supponere*, de quo ritu mox plura; vel *pectori admovere*, aliave ratione componere. Vid. *cit. auctores.*

[12] בלשון הקדש *Lingua sancta*, i. e. Hebræa. Ita præceptores *Maimonidis* statuerunt, sed contra Doctores Gemaricos. Dicunt enim hi *fol.* 38. 1 tr. *Schebhuot* שבועת הדיינין נאמרת בכל לשון שהוא מבין *Jusjurandum judicem potest fieri omni lingua quam intelligit.* Suffragatur illis auctor *Halichut Olam*, qui *tract.* 3. *cap.* 2. שבועת הדין *jusjurandum judicii* illis jurisjurandi speciebus, quæ *tr. Sota Cap.* 7. §. 1. qualibet lingua dicuntur præstari posse, annumerandum vult. Oportet enim *doctum virum* non satis attento animo legisse citatum auctorem, quando ejus mentem dicit esse, ut *jusjurandum judicum* referatur ad §. 2. memorati capitis è *Sota*, ubi ea recensentur, quæ lingua hebræa solum peragenda sunt.

יא הדיינין שהשביעו בלא נקיטת חפץ בידו הרי אלו טועים [וחוזר] ונשבע וספר תורה בידו ואם אחז תפילין בידו והשביעוהו אינו חוזר ונשבע שהרי אחז תורה בידו וכמו ספר זה · השביעוהו מיושב אינו חוזר ונשבע:

§. 11. Judices, qui adjurant absque re in manum sumta, illi profecto errant, & iteretur jusjurandum libro Legis in manum accepto. Si *(qui jurat)* phylacteria in manum suam sumserit, non iterum juret, quia profecto Legem in manum sumsit, nam illa habentur instar *Libri.* Quem sedentem adjurarunt is quoque non repetit jusjurandum.

יב תלמידי חכמים לכתחלה משביעין אותו מיושב ותפילין בידו · ואינו צריך ליטול ספר תורה אלא תפילין בכפו חפץ הוא ונשבע בלשון הקדש כמו שבארנו :

§. 12. Discipulos sapientum adjurant ab initio sedentes, & phylacteria in manibus habentes, neque opus est, sumere librum Legis, sed phylacteria in manu ipsorum res sunt, atque jurant lingua sancta, *sicut explicuimus.*

יג אין בין שבועת הסת לשבועת הדיינין אלא נקיטת חפץ · שאין הנשבע שבועת הסת אוחז ספר תורה אלא משביעין אותו בשם או בכנוי בשבועה או באלה מפיו או מפי בית דין כמו שבועת הדיינין · וכבר נהגו הכל להיות ספר תורה ביד [2] חזן הכנסת או שאר העם בעת שמשביעין שבועת הסת כדי לאיים עליו :

§. 13. Nullum discrimen est inter jusjurandum impositionis & Judicum, nisi assumtio rei in manum. Qui enim præstat jusjurandum impositionis, non accipit librum legis, sed adjurant eum in *Nomine* aut *cognomine*, jurejurando aut execratione, ore proprio aut ore judicum, sicuti in jurejurando judiciali. Mos autem invaluit apud omnes, ut *Minister Fori* librum legis teneat, aut quis ex reliquo populo, tempore jurisjurandi *impositionis*, ut terrorem ei incutiant.

יד הדיינין שהשביעו את הנשבע בכל לשון שהוא מכיר הרי זו כמצותה וכן הורו הגאונים · אבל

§. 14. Judices qui adjurant jurantem qualibet lingua, quam intelligit, quasi ex præcepto faciunt, secun-

רבותינו הורו שאין משביעים אלא בלשון הקדש· ואין ראוי לסמוך על הוראה זו· ואף על פי שנהגו בכל בתי דיני להשבע בלשון הקדש צריך להודיע את הנשבע עד שיהא מכיר לשון השבועה· ששבועת הדיינין היא שבועת הפקדון בעצמה ואף שבועת הסת נהגו כל העם להשביע אותה בלשון הקודש:

secundum doctrinam *Geonim* f. fublimium. Verum noftri Magiftri docent, ne adjurent, nifi lingua fancta, cui tamen doctrinæ non adhærendum eft. Et quamvis in omnibus judiciis lingua fancta adjurare foleant, neceffe tamen eft, ut doceant juraturum usque dum fenfum jurisjurandi intelligat. Nam *jusjurandum judicum* eft reipfa *jusjurandum depofiti*. Solent quoque jurejurando Impofitionis adjurare lingua fancta.

טו כל מי שיתחייב שבועת הדיינין שהיא על ידי טענת ודאי וכפירה בין שהיתה מדברי תורה בין שהיתה מדבריהם מאיימין עליו כמו שיתבאר· וכל מי שיתחייב בה בטענת ספק בין מן התורה בין מדבריהם אינו צריך איום:

§. 15. Quicunque tenetur ad jusjurandum *judiciale* fuper petitione certa & negatione, five *lege*, five *conftitutione Rabbinorum*, ei terrorem incutiunt, ficut dictum eft. Quando tenetur jurare propter petitionem dubiam, five *lege*, five *conftitutione Rabbinorum*, non opus eft terrore.

יו וכיצד [3] מאיימין על
הנשבע· אומרין לו הוי
יודע שכל העולם כולו
נזדעזע בשעה שאמר
הקדוש ברוך הוא למשה
לא תשא את שם השם
אלהיך לשוא· וכל עברות
שבתורה נאמר בהן ונקה
וכאן נאמר לא ינקה·
כל עבירות שבתורה
נפרעין ממנו וכאן ממנו
[4] וממשפחתו שמחפין על
זה: ולא עוד אלא גורם
להפרע [5] משונאיהם של
ישראל שכל ישראל ערבין
זה בזה שנאמר אלה וכחש
ורצוח וגו׳ וכתב אחריו
על כן תאבל הארץ ואמלל
כל יושבי בה· כל עבירות
שבתורה תולין לו שנים
ושלשה דורות אם יש לו
זכות וכאן נפרעין מיד
שנאמר הוצאתיה נאם יי׳
צבאות ובאה אל בית

§. 16. Quomodo terrent juraturum? Dicunt, Heu ſcias quod totus orbis contremuerit eo tempore, quo Deus Benedictus Moſi dixit, *non aſſumes nomen Dei tui in vanum* (*Exod.* 20.) & de omnibus peccatis, quæ a Lege prohibentur, dictum eſt, *condonabit*, aſt hîc dicitur, *non impunè relinquet*. Omnium peccatorum ultio ſumitur ab ipſo (*peccante*) ſolo, ſed hîc ab ipſo & ejus familia, quia tegit eum. Neque hoc ſolum, verum in cauſa eſt, ut ultio ſumatur ab inimicis Iſraelis, quia unus Iſraelita pro altero ſpoſpondit, q.d. (*Hoſ.* 4. 2.) *pejerando*, *mentiendo*, *&* *occidendo* &c. & paulo poſt, *lugebit propterea terra*, *&* *interibit omnis habitator in ea*. Omnia peccata quæ in lege prohibentur in duas aut tres generationes differuntur, ſi meritum quis habeat, hoc autem caſu ultio

הגנב ואל בית הנשבע בשמי לשקר · הוצאתיה אל בית הגנב זה הגונב דעת הבריות ואין לו ממון על חבירו וטוענו כחנם ומשביעו · אל בית הנשבע בשמי לשקר כמשמעו · וכלתו את עציו ואת אבניו דברים שאין אש ומים מכלין אותן שבועת שקר מכלה אותן :

יז וענין האיום הזה כלו בלשון שהן מכירין אומרים להם כדי שיבינו בדברים ויחזור החוטא למוטב · אמר איני נשבע פוטרין אותו ונותן מה שטענו חברו · וכן אם אמר הטוען איני משביעו ופטרו הולכין להן :

ultio ſtatim ſumitur, q. d. (*Zach.* 5. 4.) *Hanc profero, dictum Jehovæ, ut invadat domum furis, & domum jurantis per nomen meum falſo. Profero eam* i. e. ſtatim. *Ut invadat domum furis* i. e. qui furatur ſcientiam hominum & licet alter nulla bona ipſi debeat, accuſat tamen eum immerito, atque adjurat eum. *Ad domum jurantis in nomine meo falſo.* ſecundum literalem ſenſum (*hæc intelligenda*) & *conſumat ejus ligna & lapides*, nimirum res, quas neque ignis neque aqua conſumunt, eas perjurium abſumit.

§. 17. Senſum vero hujus terroris exponunt ea lingua quam intelligit, ut eas res audiendo peccator ad frugem redeat. Si dicat non jurabo, dimittunt eum, aſt ſoluto debito, quod alter exigit. Et ita ſi actor dicat non adjurabo eum, & liberet eum, dimittunt utrumque.

יח אמר הריני נשבע וחברו תובע· העומדים שם אומרים זה לזה סורו נא מעל אהלי האנשים הרשעים וגו׳· ואומרין לו לא על דעתך אנו משביעין אותך אלא על דעתנו ועל דעת בית דין:

§. 18. Si dicat ecce juro, atque alter exigat, adſtantes dicunt alter ad alterum, recedite à tentoriis hominum impiorum &c. atque *porro* dicunt ad eum, non ut tu cogitas ſed ut nos intelligimus & totus conſeſſus judicum, te adjuramus.

יט אף על פי שאין מאיימין איום זה בשבועת טענת ספק כמו שבארנו ולא בשבועת הסת· צריכין הדיינין לפצור בבעלי דינין אולי יחזרו בהן עד שלא תהיה שם שבועה כלל:

§. 19. Quamvis autem ejuſmodi terrorem non incutiant in jurejurando petitionis dubiæ, *ſicut diximus*, neque in jurejurando Impoſitionis, judices tamen urgent partes litigantes, forte enim mutabunt ſententiam, ut non opus ſit jurejurando.

כ דבר ברור וגלוי שכל הנשבע שבועת הדיינין או שבועת הסת בשקר שהוא חייב משום שבועת הפקדון שכבר נתבארו משפטיה ואינו לוקה·

§. 20. Res clara eſt & aperta, quod is qui pejerat jurejurando judiciali, aut Impoſitionis, reus ſit jurisjurandi depoſiti, cujus jura diu explicuimus, nec vapulet, quamvis temere (*pejeraverit,*) teneatur

ואף על פי שהוא מזיד ונתחייב לשלם מה שנשבע עליו בתוספת חומש שהוא רביע הקרן עד שיהיה הוא וחומשו חמשה ומביא קרבן אשם אם יש שם בית דין כמו שבארנו:

tur autem ad restitutionem ejus super quo juravit addita quinta parte, quæ est quarta pars summæ principalis, adeo ut hæc cum quinta efficiant quinque (*partes.*) Adducat præterea sacrificium pro reatu, si in eo loco sit confessus judicialis, *uti diximus.*

ANNOTATIONES.

[1] בלא נקיטת חפץ *absque re in manum sumta.* In solenni jurejurando rem quandam sacram manibus esse tenendam ex *Gen.* 14: 2. quidam demonstrant. Volunt enim per ירך *femur* honestiori modo loquendi genitalia Abrahami significari, eaque ab servo ejus in manus fuisse sumta, utpote circumcisionis præcepto sacra, loco autem illorum postea librum legis manu tenuisse jurantes. Ita sentit R. *S. Jarchi* ad *loc. cit.* cui *Fagius* suffragatur. Verum quis credat *Abrahamum* id in manus sumere jussisse, ob cujus aspectum solum Canaanem maledictum fuisse non ignorabat *Gen.* 9: 25. *Aben Ezra* propterea vult, manibus subter femur proprie dictum, positis, obedientiam servi fuisse testatam factam, more apud Indos tempore suo adhuc vigente. Verba ejus ad *Gen.* 14: 2. sunt hæc: הקרוב אלי שהיה משפט בימים ההם לשום אדם ידו תחת ירך מי שהוא ברשותו והטעם אם אתה ברשותי שים נא ידך תחת ירכי והארון יושב והירך על היד כטעם הנה ידי תחת רשותך לעשות רצונך וזה המשפט עדיין הוא בארץ הודו׃ *Mihi videtur morem fuisse illis temporibus manum ponendi subter femur ejus in cujus potestate quis erat, quasi diceret* (Dominus) *si tu in potestate mea es, pone manum tuam subter femur meum. Dominus vero sedebat* &

& femur ejus erat super manu ejus (jurantis) *quasi diceret* (jurans) *Ecce manus mea est sub potestate tua faciendi voluntatem tuam. Et hic mos adhuc viget apud Indos. Aben Ezra* calculum suum adjicit Cl. *Heideggerus in Hist. Patriarcharum*, ad h. l. Nobis tamen magis arridet sententia *Isidori Pelusiotæ* (a) & *Augustini* (b) qui existimant, Abrahamum adjurasse servum per Messiam *è femore suo* carnem assumturum.

(a) Vid. *lib.* 1. *Ep.* 43.
(b) *de Civ. Dei lib.* 16. *cap.* 33.

[2] חזן הכנסת Triplex fuit apud Hebræos חזנים *Ministrorum*, sive ut rectius diceres, (voce ab *Arabum* חזן *chasana, custodivit*, quam ab חזה Hebræorum *vidit* melius deducta) *custodum* genus. Erat חזן הכנסת *Minister Synagogæ κατ' ἐξοχὴν* sic dictus, non tamen idem cum שליח ציבור *nuncio cœtus*, ut Cl. *Ligtfootus* (c) ad numerum decem הבטלנים *otiosorum virorum* conficiendum, vellet. Diversos enim illos fuisse illustri testimonio *Raschi* ad *Taanit fol.* 15: 2. patet: תקעו חזן הכנסת אומר להו על כל ברכה וברכה והוא השמש ולא שליח ציבור· *Clangite buccinis*, *inquit*, *Minister Synagogæ, ad quamlibet benedictionem. Et hic erat famulus non legatus Synagogæ.* Erat *dein* חזן בית המדרש *Minister seu custos Academiæ*, de quo *vid.* eundem auctorem ad *Schabbat fol.* 118. 2. *Tertio* שליח ב"ד *ministrum judicii* חזן fuisse vocatum *Bartenora* testatur ad *Maccot cap.* 3. §. 12. qui ad vocem חזן ita commentatur, שמש שליח ב"ד *famulus* f. *minister judicii.* Nos in præsenti loco ultimi generis ministrum censemus intelligendum esse, quia de actu judiciali agitur. Neque morari quem debet vox כנסת, Cum enim *Synedrium* M. כנסת גדולה fuerit vocatum, quid vetat, quo minus ista vox ceteris judiciis communis fuisse dicatur. Qua in re confirmat nos *Matth.* 10: 17. Flagellationem enim non in *Synagoga*, sed in Foro peractam fuisse, nemo opinor inficias ibit. *Confer.* CL. REMFERDII *Dissert. prima de decem Viris Otiosis.*

(c) Vid. *Horæ Hebr. ad Matth.* IV. 23.

[3] Præter admonitiones de pœna perjurii factas, ut majo-

majorem juraturo incuterent terrorem, feretrum, culleum inflatum, atque candelas, quæ spiritu cullei emisso extinguerentur, in forum adducebant, quandoque etiam in signum luctus cineres spargere atque buccinis clangere solebant, qua de re vid. pluribus auctorem *comment. Gebut Maim.* ad h. l. Candelarum accensarum atque rursus extinctarum usum apud Anglos, quando jurabant, fuisse retentum *Jacobus Lydius* ex *Richardo Backero* refert l. c. Ab Judæis item profectum videtur, quod Romani Pontifices solennem excommunicationem sonantibus Campanis, atque facibus extinctis peragere consueverint. Memorabile illius rei exemplum est in *Henrici* IV. excommunicatione, quam recenset *Maimburgius* in libro suo *de la decadence de l'Empire* in Historia dicti Imperatoris.

[4] וממשפחתו *& à familia ipsius.* Exemplum perjurii in familia puniti, refert *Juvenalis Satyra* 13. lib. v. ℣. 208. ubi de perjuro sic canit:

Extinctus tota pariter cum prole domoque,
Et quamvis longa deductis gente propinpuis.

[5] משונאיהם של ישראל *ab inimicis Israelis.* Ipsos Israelitas intelligit, modo loquendi apud Hebræos usitatissimo, quo per εὐφημισμὸν malum omen à se avertunt. Simili ratione 1. *Sam.* 25: 22. verbis *sic faciat Deus* לאיבי דוד *hostibus Davidis*, Davidem sibi ipsi mala imprecari docet R. D. K. ad *loc. cit.* Huic interpretationi pluribus ejusmodi loquendi formulis è *Talmude* adductis, calculum suum adjicit Cl. *Coccejus* in *Excerptis Gemar.* ad *Cap.* IV. §. 6. Tr. *Sanhedrin.*

CAPUT XII.

א אף על פי שלוקה הנשבע לשוא או לשקר. וכן הנשבע שבועת העדות

§. 1. Etsi vapulet, qui juravit in *vanum* aut *falso;* eadem ratione utut qui juravit jusjurandum *testimo-*

או שבועת הפקדון מביא קרבן [1] אין מתכפר להן עון השבועה כלו שנאמר לא ינקה יי אין לזה נקיון [2] מדין שמים עד שיתפרע ממנו על השם הגדול שחלל׃ שנאמר וחללת את שם יי אלהיך אני יי לפיכך צריך אדם להזהר מעון זה יותר מכל העבירות׃

nii aut *depositi* oblationem adducat, tamen non expiatur penitus peccatum jurisjurandi q. d. *Non relinquet Deus impunitum* (a.) Nulla expiatio est illi coram judicio divino, antequam ultio ab eo sumatur propter Nomen excellens, quod profanavit, q. d. (b) *Nec profanabis nomen Dei tui, ego sum Jehova.* Quare necesse est, ut homo magis sibi caveat ab hoc peccato, quam ab aliis transgressionibus omnibus.

(a) Vid. *Exod.* 20. 7.

(b) *Lev.* 19. 12.

ב עון זה מן [3] החמורות הוא כמו שבארנו בהלכות תשובה אף על פי שאין בו לא [4] כרת ולא [5] מיתת בית דין יש בו חילול השם המקודש שהוא גדול מכל העונות׃

§. 2. Hoc peccatum est ex gravioribus, sicut explicuimus in *constitutionibus de pœnitentia*. Etsi vero non obnoxium sit excisioni, aut morti judicii, est tamen in eo profanatio nominis divini, quæ gravius est peccatum quam cetera omnia.

ג מי שנשבע [6] בשמים [7] ובארץ [8] וביוצא בהן אף על פי שאין כוונתו אלא למי שבראם [9] אין זו שבועה׃

§. 3. Qui jurat per cœlum & per terram aut per solem, aut simile quid, etsi mente intelligat eum qui creavit ea, is non jurat.

וכן הנשבע בנביא מן הנביאים או בכתב מכתבי הקדש אף על פי שאין כונתו אלא למי ששלח נביא זה או למי שצוה בכתב זה אין זו שבועה · ואף על פי שאין אלו שבועות מאיימין עליהן ומלמדין את העם שלא ינהגו קלות ראש בכך · ומראין בעיניהם שזו שבועה · ופותחין להם פתח ומתירין להם :

rat. Ita qui jurat per prophetam è prophetis, aut per ſcripturam librorum ſacrorum, etſi intelligat eum, qui miſit illum prophetam, aut juſſa dedit in iſto ſcripto, is non jurat. Quamvis autem non ſit jusjurandum, terrorem tamen propterea incutiunt & monent populum ne levitati aſſueſcat, atque eo præſente jusjurandum id eſſe ſimulant, januaque aperta eum abſolvunt jurejurando.

ד בד"א [10] בשאר כתבי הקדש · אבל הנשבע בתורה אם נשבע במה שכתוב בה דעתו על ההזכרות · ואם נשבע בה סתם דעתו על הגויל ואין כאן שבועה · נטלה בידו ונשבע בה ה"ז כמי שנשבע במה שכתוב בה ואסור :

§. 4. Qua de re hæc dicuntur? de ceteris libris ſanctis. Aſt qui jurat, per *legem*, ſi juret per id quod ſcriptum eſt in ea, is in animo habet nomina divina. Si vero abſolute per eam juret, membranam intelligit, atque ita non jurat. Si eam in manus ſumat & per eam juret, profecto is reputatur ac ſi juraverit per id quod in ea ſcriptum eſt, atque obligatur.

ה והנשבע בתור' סתם אם תלמיד חכם הוא אינו צריך שאלה לחכם· ואם עם הארץ הוא צריך שאלה לחכם כדי שלא ינהוג קלות ראש בשבועות:

§. 5. Si is, qui absolute jurat per legem sit discipulus sapientis, non opus est, ut ea de re consulat sapientem. Si vero sit è plebe, is consulere debet sapientem, ne assuescat levitati jurandi.

ו עבד שנשבע אין רבו צריך [11] לכפותו· והרי הוא אחר שנשבע כקודם שנשבע· לפי שאין גופו קנוי לו כדי שתחול עליו שבועתו· ונאמר בשבועות לאסור אסר על נפשו מי שנפשו ברשותו יצא עבד שהוא ברשות אחרים: ונמצא זה כמו שנשבע על נכסי אחר:

(a) Num. 30. 3.

§. 6. Si servus juraverit, non opus est, ut dominus eum cogat, & profecto is in eodem statu est post jusjurandum, quo erat antequam juraret, quia non est sui juris, ut jusjurandum in illum cadat, q. d. de jurejurando (a) *obligando obligat se ipsum*, is nempe qui est in potestate sua. Excipitur ergo servus, qui est in potestate aliorum, & reputatur tanquam is qui juravit de alterius bonis.

ז [12] קטנים שנשבעו והן יודעין טעם השבועה אף על פי שאינן חייבין כופין אותן לעמוד בדבריהן· כדי לחנכן ולאיים עליהם כדי שלא ינהגו קלות ראש

§. 7. Si minorennes, qui jurant, intelligant sensum jurisjurandi, etsi non sint rei, cogunt tamen eos, verbis suis stare, ut instruant ac terreant illos, ne assuescant *levitati jurandi*.

Si

בשבועות · ואם היה הדבר שנשבעו עליו דבר שאין הקטן יכול לעמוד בו אלא אם כן ניזק · כגון שנשבע שיצום או שלא יאכל בשר זמן מרובה · מכה אותו אביו או רבו וגוער בו ומראין לו שהותר שבועתו כדי שלא יהיה רגיל להקל ראש בשבועות:

Si vero res in quam jurarunt, talis sit, ut minorennis eam servare non possit, nisi detrimentum patiatur, *ex. gr.* quando juraret, se jejunaturum, aut longum temporis intervallum se non comesturum carnem, pater aut Magister eum castigent verberibus, & reprehendant, simulentque jurejurando eum solutum esse, ne assuescat *leviter jurare.*

ח צריך להזהר בקטנים הרבה וללמד לשונם דברי אמת בלא שבועה כדי שלא יהיו רגילים להשבע תמיד כגוים · וזה הדבר כמו חובה על אבותיהם ועל מלמדי תינוקות:

§. 8. Necesse est ut minorennes frequenter admoneant, atque ipsorum linguam doceant veritatem dicere absque jurejurando, ne assuescant continuo jurare sicut gentiles. Atque hoc officium est parentum & ludi magistrorum.

ט השומע הזכרת השם מפי חבירו לשוא או שנשבע לפניו לשקר או שבירך ברכה שאינה צריך שהוא עובר משום נושא שם יי׳ לשוא כמו [13] שבארנו

§. 9. Qui audit socium suum *Nomen* commemorare in vanum, aut in præsentia sua falso jurare, aut benedictionem recitare absque necessitate, quo peccatum committitur ejus, qui *nomen Dei in vanum* assu-

בהלכות ברכות הרי זה חייב [14] לנדותו ואם לא נדוהו הוא בעצמו יהא בנדוי וצריך להתיר אותו מיד כדי שלא יהא מכשול לאחרים שהרי אינו יודע שנדוהו ואם תאמר יודיעו נמצאו כל העולם בנידוי שהרי למדו לשונם מעוה ושבועה תמיד:

assumit, sicut explicuimus in *const.* de *Benedictionibus*, profecto is tenetur, ut eum excommunicet. Si vero non excommunicet eum, ipse erit excommunicatus. Necesse autem est, ut statim rursus solvat eum, ne alii in eum impingant, qui ignorant eum esse excommunicatum. Si dicas, notum eum faciat, totus mundus in excommunicatione esse censebitur, quia linguam perverse loqui & continuo jurare assuescunt.

י במה דברים אמורים בשהיה הנשבע הורה או המברך לבטלה מזיד אבל אם היה שוגג ולא ידע שזה אסור אינו חייב לנדותו ואני אומר שאסור לנדותו לא ענש הכתוב שוגג אלא מזהירו ומתרה בו שלא יחזור:

§. 10. Qua de re sermo est? Si, qui jurat, aut benedicit sine causa, ex temeritate id faciat. Si vero ignarus sit, atque nesciat, id prohibitum esse, non tenetur eum excommunicare. Ego quoque dico, quod non liceat eum excommunicare, *Lex* enim non animadvertit in ignorantem; admoneat verò eum ne rursus peccet.

יא ולא שבועה לשוא בלבד היא שאסורה אלא

§. 11. Neque jusjurandum in *vanum* tantum

pro-

אפילו להזכיר שם מן השמות המיוחדין לבטלה אסור · ואף על פי שלא נשבע שהרי הכתוב מצוה ואומר ליראה את השם הנכבד והנורא ובכלל יראתו שלא יזכירו לבטלה: לפיכך אם טעה הלשון והוציא שם לבטלה ימהר מיד וישבח ויפאר ויהדר לו כדי שלא יזכר לבטלה· כיצד אמר יי׳ אומר ברוך הוא לעולם ועד או גדול הוא ומהולל מאד וכיוצא בזה כדי שלא יהא לבטלה:

prohibetur, sed etiam nomen ex nominibus propriis sine causa commemorare interdictum est. Etsi enim non juret, scriptura tamen præcepit ac dixit, (a) *timendum esse nomen gloriosissimum, & summe reverendum.* In timore vero ejus comprehenditur, non commemorare illud sine causa. Quare si lingua erret, atque Nomen commemoret sine causa, confestim laudet & honoret illud, ne sine causa illius meminerit. Quomodo? *dixit Dominus; dixit Benedictus in æternum; aut excellens & Laudatus valde,* similiaque, ne sit absque causa.

(a) *Deut.* 28. 51.

יב אף על פי שמותר להשאל על השבועה כמו שבארנו ואין בזה דופי · ומי שלבו נוקפו בדבר זה אינו אלא שמץ מינות · אע״פ כן ראוי להזהר בדבר זה · ואין

§. 12. Quamvis liceat jurisjurandi solutionem petere, neque controversia sit ea de re sicut diximus, & in eo qui anxius est propterea, species defectionis sit; etsi (*dico*) hoc ita se habeat, convenit tamen dehortari ab illa re. Neque

נזקקין להתיר אלא מפני דבר מצוה או מפני צורך גדול· יי וטובה גדולה היא לאדם שלא ישבע כלל· ואם עבר ונשבע שיצטער ויעמוד בשבועתו שנאמר נשבע להרע ולא ימיר וכתוב אחריו עושה אלה לא ימוט לעולם:

que tenentur abſolvere, niſi ob præceptum & neceſſitatem magnam. Eſt vero eximium hominis bonum, ne plane juret; ſique peccet jurando, etſi dolore affligatur, tamen ſervet jusjurandum, q. d. (pſ. 15.) *qui jurat ad malefaciendum ſibi, nec tamen mutat*, & paulo poſt ſcriptum eſt, *qui iſta facit, non dimovebitur in æternum.*

ANNOTATIONES.

[1] אין מתכפר להן *nulla expiatio ipſis.* Omnia peccata ſacrificiis, confeſſione, pœnitentia, caſtigationibus, Hirco emiſſario, die Expiationis condonari ajunt, excepta profanatione Nominis, quam mortis demum momento remitti. Verba *Maimonidis* ea de re hæc ſunt: (a) במה דברים אמורים בשל אחילל את השם בשעה שעבר אבל המחלל את השם אף על פי שעשה תשובה והגיע יום כפורים והוא עומד בתשובתו ובאו עליו ייסורין אינו מתכפר לו כפרה גמורה עד שימות אלא תשובה יום הכפורים ויסורין שלשתן תולין ומיתה מכפרת שנ׳ ונגלה באזני יי׳ צבאות וגו׳ אם יכופר העון הזה לכם עד תמותן: *Qua de re ſermo eſt? niſi profanetur nomen Divinum eo tempore, quando peccat. Qui vero profanat Nomen, etſi pœnitentiâ ducatur, & die expiationis perſiſtat in pœnitentia ſua, atque caſtigationes ei immittantur, non accipit tamen remiſſionem perfectam niſi tempore mortis. Pœnitentia enim, dies Expiationis & caſtigationes, hæc tria differunt ſolum,*

(a) Vid. *Hilc. Theſchuba Cap.* 1. §. *ult.*

lum, mors autem expiat, q. d. (a) *Et revelatum est in auribus Domini exercituum, si expiabitur iniquitas hæc vobis.* Ita quoque docet *Bartenora* ad *Joma cap.* 8. §. 8.

(a) *Jes.* 22. 14.

[2] מדין שמים *coram judicio divino.* Appellant alias illud judicium בית דין של למעלה seu עליון *judicium superius, Philoni* τὸ δικαστήριον ἀόρατον *judicium invisibile* dictum, (b) opposite ad בית דין שלמטה *judicium inferius.*

(b) *De Vita Mosis, lib.* 3.

[3] מן החמורות *ex gravioribus.* Quid עבירות החמורות *peccata graviora*, & iis opposita הקלות *leviora* sint, ita describit auctor noster *cap. cit.* §. 2. ומה הן הקלות ומה הן החמורות׃ החמורות׃ הן שחייבין עליהן מיתת בית דין או כרת ושבועה שוא ושקר אף על פי שאין בהן כרת הרי הן מן החמורות׃ ושאר מצות לא תעשה ומצות עשה שאין בהן כרת הם הקלות *Quid sunt levia, & quid sunt gravia peccata? gravia sunt propter quæ obnoxius quis est morti judicii aut excisioni. Jusjurandum autem vanum, & falsum, quamvis non puniantur excisione, sunt tamen è gravieribus. Cetera vero peccata contra præcepta negativa & affirmativa, absque excisione sancta, sunt levia.*

[4] כרת *Excisio* s. Extinctio. A Deo hanc pœnam infligi, non à judicio quodam forensi, una mens est Rabbinis & Karræis. Qua autem præcise ratione à Deo quis extinctus dici possit, in diversa abeunt ipsi Rabbinorum Magistri. Varias illorum sententias recenset ex *Aben Ezra Seldenus de Synedriis Vet. Hebr.* lib. 1. cap. 6. R. *Bechai* triplex facit extinctionis genus, quando ait (c) הכריתות שבתורה מצאנום על ג׳ חלקים יש כרת לגוף לבדו ויש כרת לנפש לבדה ויש כרת לשניהם לגוף ולנפש׃ *Excisiones, quæ in lege inveniuntur, tripartito distribuuntur. Est genus excisionis, qua exciditur corpus tantum. Est itidem excisionis genus, qua sola anima exciditur. Et est excisio, qua tam anima quam corpus extinguitur.* Primum excisionis genus phrasi נכרת האיש ההוא מקרב עמו *excidetur homo ille è medio populi sui* intelligendum volunt in sacris literis (d). Secundum genus, ubi dicitur ונכרתו הנפשות העושות מקרב עמם׃ & *excidentur animæ sic facientes*

(c) Vid. *Biur Hatorah fol.* 149. 1.

(d) *Lev.* 18: 29.

cientes e medio populi sui. Tertium hac formula הכרת תכרת
(a) *Num.* 15: 31. הנפש ההיא *excidendo excidetur anima illa* (a) significari censent. Ultimo excisionis genere Impios extingui docet *Maimonides* in *Hilc. Theschuba* cap. 8. §. 1. כל מי שאינו זוכה לחיים אלו הוא המת שאינו חי לעולם אלא בכרת נרשעו ואבד כבהמה׃ וזהו כרת הכתובה בתורה שנאמר הכרת תכרת הנפש ההוא׃ מפי השמועה למדו הכרת בעולם הזה תכרת לעולם הבא׃ *Qui non est justus ad vitam illam* (sc. æternam quam in præc. descripsit) *ille est mortuus, qui non vivit in æternum, sed extinguitur propter impietatem suam, & perit sicut jumentum, quod vocatur excisio in sacris literis,*
(b) *Num.* 15. 30. *ubi dicitur* (b), *extinguendo extinguetur anima ista. Per traditionem discimus voce* הכרת *excisionem ex hoc seculo, voce autem* תכרת *extinctionem ex futuro intelligi.*

[5] מיתת בית דין *morti domus judicii*, i. e. uni ultimorum suppliciorum, quorum apud Hebræos quatuor genera in usu fuisse docet auctor noster in *Hilc. Sanhedr.* Cap. 14: 1. ארבע מיתות נמסרו לבית דין סקילה ושריפה והכיגה בסיף והנך *Quatuor supplicia Synedrio tradita sunt: Lapidatio, Combustio, Interemtio quæ fit gladio, & strangulatio.* Gravitatem uniuscujusque ex ordine, quo hîc, & in Tr. *Sanhedrin* cap. 7. recensentur, æstimant, ita ut Lapidatio gravissimum habeatur, & sic deinceps. Gradus autem gravitatis eorum observant, quia duorum criminum reo gravius supplicium irrogandum docent. Qui vero singulis suppliciis
(c) *De Synedriis lib.* II. *cap.* 13. 5. obnoxii fuerint *Seldenus* (c) ex *Maimonide* nostro enumerat. Id modo L. B. observet rursus, crucifixionem non recenseri inter supplicia apud Hebræos usitata, luculento indicio, ab Romanis in Rempublicam Judaicam serioribus temporibus eam traductam fuisse, contra licet sentientibus *Baronio*, *Lipsio*, *Sigonio*, aliisque. Neque suspendium *Blasphemi*, & *Idololatræ* nobis opponi poterit; multum enim illud differt à crucifixione de qua loquuntur, nec inter ultima supplicia referendum erit, siquidem ad mortem usque lapidatorum cadavera in exemplum aliorum suspendebantur solum, quam in rem verba *Maimonidis cap. cit.* §. 7. adscri-

adscribi merentur: כֵּיצַד מצות הנתלין אחר שסוקלין אותן משקיען ארת הקורה בארץ ועץ יוצא ממנה ומקיפין שתי ידיו זו לזו ותולהו סמוך לשקיעה החמה ומתרין אותו מיד שנ׳ לא תלין נבלתו על העץ: *Quomodo se habet præceptum suspendii? Postquam lapidarunt eos, trabem terræ infigunt, ex qua lignum extat, deinde ligatis manibus una in alteram suspendunt eum ante occasum solis, tolluntque eum statim*, q. d. *ne pernoctato cadaver ejus in ligno*.

[6] בשמים *per cœlum*. Non confundendum est hoc jusjurandum cum eo quod præstatur בשם, uti *Cunæus* facit in *Republ. Hebr. lib.* 3: 6. Quamvis enim frequenter admodum voce שמים Deus ipse intelligatur, atque hinc τὸ *ἁμαρτάνειν εἰς τὸν οὐρανόν* *Luc.* 15: 12. idem sit ac *peccare in Deum*, attamen in negotio jurisjurandi בשמים *per cœlum*, vox illa proprie sumitur, atque jurijurando בשם per *Nomen* i. e. Deum opponitur. Quam vile autem fuerit Judæis jusjurandum *per cœlum*, tam è contra apud Græcos sanctum fuit habitum, unde cum jurejurando per *Stygis undam*, quod *μέγας ὅρκος* vocabatur, conjunctum illud legimus apud *Homerum Odyss.* ε.

——— ——— ——— ——— δῖα θεάων
Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι Θεοῖσι.

i. e. *Sciat nunc terra & cœlum vastum, & defluens stygis unda; quod maximum & gravissimum est beatis Diis jusjurandum*.

[7] בארץ *per terram*. Præter Orientis populos Romani quoque & Græci frequenter per Terram jurabant. De illis testatur Ovid. lib. 1. *Trist.* Eleg. 1.

Per mare per TERRAS, per tertia numina juro.

Inter hos apud *Euripidem* (a) Polynice ita jurasse legitur: (a) *Phœniss.* ℣. 629.

Τὴν ἣ θρέψασαν μὲ γαῖαν καὶ θεοὺς μαρτύρομαι.

i. e. *Quæ vero me aluit Tellurem & Deos testor.*

Huc pertinet jusjurandum utriusque gentis *per Vestam*. Romanos enim ut & Græcos illius Deæ nomine Terram

 coluisse

coluisse *Illustris Vir* EZECHIEL SPANHEMIUS in doctissima sua *Diatriba* de *Vesta* & *Prytanibus Græcorum* ostendit. Hinc simul liquet cur in modo citatis *Euripidis* & *Homeri* versibus per Terram ante Deos alios juretur. Primo enim inter Deos loco *Vestam* ejus cultores habuisse, patet ex illo *Pindari* (a)

(a) *Nem. Od.* 11.

Πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι ΠΡΩΤΑΝ ΘΕΩΝ.

Sæpe equidem Libationibus venerantes PRIMAM DEORUM.

Ut & *Ovidii* (b) versu

(b) *Fast. lib.* 6. ℣. 302.

—— —— —— *Inde precando*

Dicimus O Vesta, quæ loca PRIMA tenes.

[8] בשמש *per solem.* Jusjurandum illud *per solem* pariter ac per alia sidera familiare admodum fuit Orientalibus gentibus. Ita *Cyrus* per *Mithram* i. e. Solem jurasse legitur apud *Xenophontem* in *Oecon.* Apud *Muhammedanos* item frequentius nihil est quam jusjurandum per astra atque signa cœlestia, cujus rei exempla ab aliis (c) diligenter ex *Alcorano* adnotata sunt.

(c) Vid. *Guadagnoli Apolog. Christianæ Relig.* & *Pfeifferi Antiq. Hebr. cap.* 28.

[9] וכיוצא בהן *similiaque illis.* Ejusdem farinæ jusjurandum ipsa veritate teste *Matth.* v. 35, 36. & XXIII. 16-20. habent Judæi.

(א) *Jusjurandum* εἰς ἱεροσόλυμα. Mire ludunt Gemarici (d) formulis ejus jurisjurandi. Qui enim simpliciter juravit ירושלים *Jerusalem* absque præfixo כ vel ל, is sententia ipsorum non obligatur; Ita autem בירושלים vel לירושלים qui dixit, teneri volunt. Rationem differentiæ inter eas formulas hanc reddit R. *Ascher* in *comment.* suo ad *cit. loc.* quod posterioribus per *turres* & *muros Hierosolymæ*, res non communi omnium gentium more, sed peculiari modo apud Judæos sanctas, quis jurasse censeatur. Verba ejus hæc sunt: בירושלים קאמר חומות העיר ומגדלותיה משירי הלשכה: *per Jerusalem, quasi nominaret muros & turres urbis, quæ ex residuis conclavis reficiuntur.* Ut melius hæc intelligantur, sciendum est, ex *Maimonidis Hilc. Schekalim* cap. 2. Tredecim

(d) Vid. *Nedar. fol.* 13.

decim cistulas recipiendis oblationibus sacris in templo positas fuisse, è quibus ter singulis annis nummi oblati in conclave לשכה κατ' ἐξοχὴν sic dictum deferebantur, atque in tribus cistis ibi constitutis recondebantur. Quicquid ergo has cistas implebat, תרומה *Truma* conclavis dicebatur, וזה שישאר שם יותר על מה שיש בקופות הוא הנקרא שירי הלשכה· *Quicquid vero reliquum erat præter id quod in cistis erat, vocatur residuum conclavis.* Residuum autem hoc ad muros ac turres reficienda destinatum fuisse disertè dicitur in Tr. *Schekalim* Cap. 4: §. 2. Hinc sanctitas murorum & Turrium Hierosolymæ.

ב Jusjurandum ἐν τῇ κεφαλῇ *per caput*. Ita in Tr. *Berachot fol.* 3. 2. *Eliahu* quidam jurasse legitur חייך וחיי ראשך *per vitam tuam & vitam capitis tui.* Futile hoc apud Judæos jusjurandum gentilibus plus nimio sacrum fuit, inprimis quando per caput regis aut chari cujusdam hominis conceptum erat. Ita *Muhamed Almahadi* Saracenorum in Oriente Dux, consiliarium suum ut de cæde, quam ei mandaverat, facta certus esset, *per caput suum* adjurat (a). De *Ægyptiis* sic scribit (b) Aben Ezra מנהג אנשי מצרים עד היום אם ישבע אדם בראש המלך ולא יקיים את דברו הוא בן מות ואילו נתן כופר משקלו זהב לו יחיה בעבור כי הוא בוזה המלך בפרהסיא *Mos est apud Ægyptios hodie adhuc ut, si quis juret per caput Regis, nec præstet jusjurandum, moriatur, & quamvis ad sui redemptionem quantum ipse ponderat aurum det, non tamen propterea vita ejus parcitur, quia παῤῥησίᾳ regem sprevit.* Inter charos invicem maxime sacrum erat jusjurandum, quod parentes & liberi per capita sua mutuo præstabant. Ita apud *Silium Italicum* legitur *lib.* 10.

Perque caput, nullo levius mihi Numine, patris
Magnanimi juro.

(a) Vid. *Elmac. Hist. Sarac. lib.* 2: 4.

(b) Ad *Exod.* 20: 7.

ג *Jusjurandum* ἐν τῷ ναῷ *per Templum.* Formulis autem utebantur *vel* hac המעון הזה, quomodo *Rabban Simeon ben Gamaliel*, de cujus fatali die consulas Notas ad Othonis

(a) Vid. *Ceritut.* c. 1. 7. *Hist. Doctor. Misn.* p. 110. jurasse legitur (a): *vel* una ex istis היכל להיכל בהיכל qua de re vid. *Ligtfoot* ad *Matth.* v: 33. Sunt, qui ad jurandi formulam היכל sive ut se in Talmude legisse dicunt היכליה *per templum Dei*, Martialem *lib.* XI. *Epigr.* 95.

Ecce negas jurasque mihi per TEMPLA TONANTIS,
Non credo, jura verpe per ANCHIALUM.

respicere existimant, quasi diceret ad Judæum: Nolo te jurare per templa Tonantis, i.e. Jovis Capitoloni, jura per Templum Dei, quod jusjurandum apud Judæos sanctissimum est. Sed nulla veri specie. Præterquam enim quod vocis היכליה in *Anchialum* mutatio nimis magna sit & coacta, atque formula jurandi היכליה suspecta mihi videatur, falsum est sanctissimum fuisse Judæis jusjurandum per templum. Neque id Martialem latere potuit, si rituum Judaicorum adeo peritus fuit, ut hunc jurandi modum apud Judæos usitatum sciret. *Scaligeri*, *Seldeni*, *Isaaci Vossii* aliorumque doctorum virorum conjecturas nec recensere, nec sub examen revocare, instituti nostri ratio permittit. Nos omnium existimamus optimam supra laudati Viri, Cl. TRIGLANDII sententiam, quam, cum de loco isto Martialis eum consulerem, benevolis ad me literis exposuit, quas cum erudito Lectore in frontispicio hujus libelli communicavimus.

(b) *Matth.* 23: 16. & *seqq.* (c) *Matth.* 5: (d) Vid. *Jes.* 66: 1. (e) *Job.* 37. 13. (f) *Ps.* 8: 4. (g) Vid. *J. B. & P. lib.* 2. c. 13. §. 11.

(9) אין זו שבועה *non est jusjurandum*, sive ut Christus illud interpretatur (b) οὐδέν ἐστι *nihil est*, i.e. non obligat tale jusjurandum, nec qui illud violat, perjurii reus est. Hanc pharisæorum doctrinam Christus reprehendit (c) rationem addens, ejusmodi formulas tacite ad Deum referri, atque ita obligare; *ex. gr.* per *cœlum* jurantes, per *thronum Dei* (d) jurare i. e. per eum qui *cœlitus* aut judicium exercet, aut gratiam (e), quique constanti *cœli* & astrorum motu divinam suam excellentiam præbet conspiciendam (f) & *sic in ceteris*. Quid ergo? An per creaturas Deum intelligendo jurare licet? *Grotius* (g) aliique id affirmant. Nos vero qui negant,

negant, rectius sentire existimamus. Quia absque idololatriæ quadem specie id fieri non potest. Hinc jure Civ. Rom. tale jusjurandum merito interdicitur. Neque opponi poterit doctrina Christi. Ille enim, ut *Amesius* loquitur (a) *non approbat formas faciendas, sed factas solum obligare docet*. Nec obstat apud Scriptores *ex. gr. Tacit.* lib. 1. A. c. 73. *Suet.* in *Claud.* c. 11. assertiones per creaturas jurisjurandi nomine insigniri. De jure enim non de facto sermo est.

(a) *De Conscientia & ejus jure* lib. 4: 22.

[10] בשאר כתבי *de ceteris libris*. Libros intelligit prophetarum & ut vulgo dicunt, Hagiographa. Ratio vero cur jusjurandum per eos libros conceptum non æque ac per *Legem* i.e. Pentateuchum præstitum obligare doceant, est, quia majorem huic quam illis sanctitatem tribuunt. Patet id ex Tr. *Megillah* cap. 4: 1. ubi sic legitur, בני העיר שמכרו רחובה של עיר לוקחין בדמיו בית הכנסת בית הכנסת לוקחין תיבה תיבה לוקחין מטפחת מטפחת לוקחין ספרים ספרים לוקחין תורה׃ *Cives urbis, si vendant plateam, emunt pretio illius Synagogam; si Synagogam, emunt arcam; si arcam, emunt linteum libri legis, si linteum, emunt libros,* i.e. prophetarum & Hagiographa, ut *Bartenora* explicat, *si libros, emunt Legem*. Non autem contra, secundum regulam, quam citatus commentator repetit, מעלין בקודש ולא מורידין *in sanctitate ascendunt, non descendunt*. Lex ergo summam habebit sanctitatem.

[11] Vult dicere, servum jurejurando se obstringere non posse, ratione mox addita, שאין גופו קנוי לו *quia corpus suum non habet in potestate sua*. Eandem dicit (b) rationem esse illorum votorum, quibus servus impeditur ab opere domino suo præstando. Verba ejus hæc sunt: נדר העבד שאר נדרים שיש בהן ענוי נפש או שמעכבין את המלאכה אין רבו צריך לכפותו מפני שאין נפשו קנויה לו ולא יחול עליו נדר׃ *Si vota fecerit servus, quibus affligitur anima ejus, aut impeditur ab opere, non opus est, ut dominus eum cogat, quia* (servus) *non est in potestate sua, nec votum in eum cadit.* Hæc à ratione non sunt aliena. *Qui enim*, ut loquitur, *Puffendorffius* (c), *in alterius actiones & res imperium habet, in ejus præjudicium non potest à subjecto aliquid*

(b) *Hilc. Nasir cap.* 2: 18.

(c) Vid. *J.N.&G. lib.* 4. c. 2. §. 24.

aliquid disponi , & ubi id factum fuerit , idem rescindere ei licebit. Neque sic vel à domino peccatur, vel à servo perjurium committitur; quia prior cavet ne jus & potestas sua imminuatur, posterior vero sub conditione, si dominus factum suum adprobet, jurasse reputatur.

[12] קטן *puer*, qui rationis usu destituitur. Talem autem *masculum* volunt esse usque ad annum tertium decimum impletum, *feminam* verò ante annum duodecimum finitum. De femina sic scribit *Maimonid.* (a) הבת מיום לידתה עד שהיה בת שתים עשרה שנה גמורה היא הנקראת קטנה ונקראת תינוקת· *Filia à die nativitatis usque dum impleverit duodecim annos vocatur parva & puella.* Post illam ætatem uterque sexus tanquam ratione pollens promissis stare tenetur, qua de re sic legitur apud eundem auctorem (b) שנמצא הבן בן שלש עשרה שנה ויום אחד והבת שתים עשרה שנה ויום אחד אף על פי שאמרו אין אנו יודעין לשם מי שנדרנו ולשם מי הקדישם דברים קיימין· *Filii tredecim annorum & unius diei, item feminæ duodecim annorum & unius diei, etsi dicant, se non cognoscere eum, per quem voverunt, aut cui consecrarunt, verba sunt servanda.* Ceteræ gentes in termino immaturæ rationis constituendo, variant, prout indolem suæ nationis solertiorem vel hebetiorem deprehenderunt. Si rem rite perpendamus, ætas illa definiri non potest, sed ex quotidianis actibus est dijudicanda (c) quia rerum moralium natura ex operationibus cognosci debet (d).

[13] In fine nimirum illius libri, ubi sic dicit: לעולם יזהיר אדם בברכה שאינה צריכה וירבה בברכות הצריכות וכן דוד אמר בכ״ ליום אברכך *Quotidie sibi caveat quilibet à benedictionis recitatione non necessaria. Necessarias autem benedictiones sæpe repetat, quo sensu David dicit* (a), *quotidie benedicam tibi.*

[14] Quæ de anathemate, quod à privato infligitur, hic dicuntur, exemplo R. *Hunæ* edocti sunt, de quo *Beth Israel*

(a) Vid. *Hilc. Ischut.* c. 2. §. 1.

(b) Vid. *Hilc. Nedarim cap.* xi. 3.

(c) Vid. *Grot. J. B. & P. lib.* 2. *c.* 11. §. 5: 2.

(d) Idem *lib.* 1. *cap.* 3. §. 11. 2.

(a) *Ps.* 145: 2.

Israel fol. 18. c. 1. ex Tr. *Nedarim* cap. 1. sic refert:
אמר ר׳ אבא הוה קאימנא קמיה דרב הונה שמעה לההיא איתתא דאפקת הזכרת השם בפומה לבטלה שמתה ושרא לה לאלתר באנפה· ש״מ תלת ש״מ השומע הזכרת השם מפי חבירו צריך לנדותו· וש״מ נדהו בפניו אין מתיר לו אלא בפניו· וש״מ אין בין נדוי להפרה ולא כלום· i.e.
Ait R. Abba: Steti coram R. Huna, eum audiens quandam nomen Dei in vanum proferre, eam excommunicaret: & statim ea præsente anathema relaxaret. Tria hic observanda. Primum, quod quisquis audit nomen Dei à proximo in vanum pronunciari, teneatur eum excommunicare. Deinde, quod, cui coram inflictum est anathema, non nisi coram remittatur. Tertium, excommunicationem posse è vestigio rescindi. Præter hoc privatum anathema, alia erat solennior excommunicatio, quæ à consessu fiebat, atque duos solum habebat gradus נדוי חרם, *Buxtorffio*, *Seldeno* (a) *cum Elia* Thisbita frustra addentibus tertium sub nomine שמתא. Certe *Maimonides* duorum tantum graduum meminit (b), cujus verba hæc sunt:
כיצד הוא הנדוי אומר פלוני יהיה בשמתא ואם נדוהו בפניו אומר לו פלוני זה בשמתא· והחרם אומר לו פלוני נדוי מוחרם וארור בו אלה בו שבועה בו נדוי· *Quomodo fit excommunicatio? dicunt, N. N. excommunicatus esto.* (Obs. vocem שמתא de leviori anathemate usurpari) *Si præsentem excommunicant, dicunt, NN Hic sit excommunicatus. Quod ad* חרם *devotionem attinet, dicunt NN. devotus & maledictus esto. In illo sit execratio, in illo jusjurandum, in illo anathema.* De ceteris, quæ utrumque excommunicandi genus spectant, *Coccejus* in *Excerptis Gemar.* ad Cap. 1. Tr. *Sanhedrin.* & *Seldenus* citatis locis prolixe egerunt.

(a) *de Syned. lib.* 1. 7. *item J. N. & G. lib.* 4. 8.

(b) *Hilc. Talmud. Thora Cap.* 7. 2.

[15] Ad egregiam hanc admonitionem adscribi merentur verba *Philonis* in *Decalogum:* Κάλλιστον καὶ βιωφελέστατον καὶ ἁρμόττον λογικῇ φύσει τὸ ἀνώμοτον, οὕτως ἀληθεύειν ἐφ' ἑκάστου δεδιδαγ-

διδαγμένη, ὡς τοὺς λόγους ὅρκους εἶναι νομίζεσθαι, δεύτερος δέ, φασι, πλοῦς τὸ εὐορκεῖν, ἤδη γὰρ ὅγε ὀμνὺς εἰς ἀπιστίαν ὑπονοεῖται. id est, *utilissimum fuerit & rationali naturæ optimum atque convenientissimum, omnino abstinere à jurejurando, & sic veritati assuescere, ut simplex sermo vim juramenti habeat. Secundaria vero, juxta proverbium, navigatio est, recte jurare. Jam enim qui jurat, suspectus est de perfidia.* Concludimus aureis plane verbis *Isidori Pelusiotæ* Lib. 2. Ep. 148. Ὁ τῶν εὖ βιούντων λόγος ὅρκου πιστότερος τῶν ἁπάντων τῶν ἀκουόντων στεφανοῦται ψήφοις. Οὐκοῦν εἰ μὲν πιστεύεσθαι βουλοίμεθα, εὖ βιῶμεν. id est, *Eorum, qui recte atque ex Virtute vivunt, sermo quovis jurejurando majorem fidem nanciscens, omnium audientium calculis coronatur. Quamobrem si sermonibus nostris fidem haberi velimus, recte vivamus.*

F I N I S.

Erra-

Errata ſic corrigas velim.

Pag. 1. lin. 7. leg. משנה Pag. 3. lin. 23. poſt *abs* add. *re*. Pag. 17. lin. penult. l. *infra*. Pag. 16. lin. 13. l. *ſuſpendantur*. Pag. ead. lin. 26. l. *Joſephus Karo*; Pag. 34. lin. 11. leg. טובים Pag. 25. lin. antepenult. l. δευτέραν. Pag. 36. lin. 6. l. *ſtipatus*. Pag. 39. lin. 3. leg. *quintæ* Pag. ead. lin. 7. l. 5. & lin. 10. l. 23. Pag. 63. lin. 17. l. פטור Pag. 66. lin. 31. dele *Rabbi*. Pag. 95. lin. penult. l. מכורה. Pag. 128. lin. 2. l. *Tr. Baba Kama*. Pag. 145. lin. 8. l. *ille vero* & lin. 12. *alter vero*. Pag. 176. lin. 3. l. *cenſos*. Pag. 180. lin. 10. l. *de adulterio*.

INDEX PRAECIPUARUM RERUM.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

P.

R.

S.

T.

FINIS.

Moses ben Maimon
Jurejurando...

16000

NOV 16 1937	Herman Bernick
Mr5'52	Mill 215A.
May 1978	Robert Stone 5235 S. Greenwood

Moses ben Maimon
"Jurejurando..."

16000

NOV 16 1937 Herman Bernick
APR 5 '52 Hill 2154.

May 1978 Robert [illegible]
[illegible]